CL. GALENI PERGAMENI LIBRI TRES.

Primus, de facultatũ naturaliũ substantia.

Secundus, ꝙ animi mores, corporis temperaturam sequuntur.

Tertius, de propriorum animi cuiusq; affectuum agnitione & remedio.

Guinterio Ioanne Andernaco interprete.

PARISIIS
Apud Simonem Colinæum.
1528

GVINTERIVS LECTORI S.

LIbellos hosce, optime lector, nimis q̃ informes adhuc amicorũ quorundam precibus in publicũ mittere coacti sumus. Tu per musas quæso ab eorum iudicio, in quibus nec ipsi nobis satisfecimus ad alia quæ nunc formantur te serues integrum. Nam exemplar græcum, quod vnum nobis contigit, adeò fuit deprauatũ, vt etiam ἀρχιερεῖς τῶν μουσῶν nihil in eo præter coniecturam nobis impartire potuerint. Locos ergo plures quadraginta inuenies, in quibus à Græco codice declinare necessarium fuit. Vale & laborem nostrum æqui boniq; consule.

DIES POSTERIORES, PRIORIBVS MELIORES.

CLARISSIMO PRINCIPI ANTOnio à Marca Comiti Belli Loci Mecœnati suo benignissimo, Guinterius Ioannes Andernacus S. D.

POsteaquam nūc triennium amplius, Princeps clarissime, in medicorum familia versor, cogitaui leui quodā ludicro periculum obiter facere, q̃ auspicato me ad eam contulerim. Vetus enim studiosorum hominum consuetudo hactenus percrebuit, vt cui quis arti animum applicarit, in ea statim, quantū operæpreciū facturus sit, experiatur. Vertimus igitur diebus sanè pauculis è græco libellos aliquod Galeni medicorū principis hoc potissimū nomine, vt operam ne simul & oleū perdiderimus, hinc liceret vtcūq; cognoscere. Fuimus siquidem iam inde à pueris elegantioribus illis literarum nymphis magis dediti, optauimúsq; semper cū illis habere consuetudinem. Sed ea fortuna, & temporum asperitas incidit, quę nos à suauissimis amoribus ad seueriores disciplinarum matronas abducerent. Quanquam Medicina minus cæteris ἄμουσος sit: in qua vtinam aliquādo Mecœnas benignissime, tuæ de me expectationi satisfaciam. Cæterū hosce Galeni libros, dū maiora tibi, ac fortasse meliora, cuiusmodi sunt Institutiones Anato

micæ, quas nunc formamus, mittimus ceu veri iustiq; laboris præludium, læta excipias fronte: magnam in eis rerum cognitionem, mirabilem naturæ humanæ varietatem deprehensurus, verámq; philosophiæ eruditionem: copiosam videlicet quandam ad instruendos mores supellectilem, ac ceu speculum humanitatis lucidissimũ, in quod inspicere omnis vita debet, vnde ea capere, atque haurire documenta queat, per quę animus hominis pars nobilissima non paulo melior reddatur. Ausim hoc sanctissime tanq̃ aram manu tenens deierare, nihil in omnium philosophorum, ac prope dixerim etiam Christianorum quorundam scriptis melius, dignius, sanctiúsq; contineri. Quod porrò ad me àttinet, versionis huius defensionem tantum non expeto, vt etiam pulchre mecũ actum putem si grauiorẽ culpã vitauero. Primũ, quòd & iuuenis, & recens adhuc medicinę mysta sim. Quę enim scribendi facultas, ac rerum cognitio esse possit in homine vix vigesimum tertium ætatis annum egresso? Deinde, quod hoc munus mihi interpretandi leuioris operæ fuerit. Postremo, quòd non pauci in his commentarijs loci cernantur, vbi excusatione corrupti apud gręcos exemplaris vti oportet. Etsi noui satis canes quosdam lucernarios audacem me, aut temerarium potius dicturos, quòd tam iuuenis adhuc interpres

prodierim. Sciant illi me ex eorum esse nu-
mero, qui scribendo proficiunt, (vt ait qui-
dam diserte) & proficiendo scribunt. Tu,
quando maximum hactenus studijs nostris
pręsidiũ attulisti, Mecœnas obseruãdissime,
quippe sub cuius ego nominis vmbra, velu-
ti Teucer sub Aiacis clypeo nunc latitem,
perge fauere bonis literis: perge inquam
iuuare studiosos, quorum singularis in hũc
vsque diem patronus extitisti. Vale prin-
ceps, & Mecœnas benignissime. Lutetiæ
ex ædibus Ioannis Tagotij, doctoris medi-
ci doctissimi, & hospitis mei humanissimi,
qui multam tibi salutem asscribi iussit.

INDEX EORVM, QVAE NOTATV DIGNA visa sunt in libello de naturalium facultatum substantia. in quo notandum est, primo numero, folium: secũdo, paginam: tertio, lineam indicari.

A

C

D

I

M

O

P

S

T

LIBELLORVM SEQVENTIVM INDEX.

CLAVDII GALENI PERGAMENI LIBER DE FACVLTATVM NATVRALIVM SVBSTANTIA, GVINTERIO IOANNE ANDERNACO INTERPRETAE.

Orſan putabit aliquis diſſenſiones eorũ qui animalia calida, ſtirpes vero frigidas aſſeuerãt, rem magni eſſe momenti: ignorans vbi penitius introſpexerit, totã quæſtionis propoſitæ cõſequẽtiã apparere: ſed in alterius rei conſideratione occupatus, ſatis eſſe cenſet, ſi de his ex tempore calidi, frigidiq; qualitatem ſenſui expoſitã recenſeat. Plato itaq; ipſe, quibus ineſt anima, vocat animantia. Cęterum ſaxa, herbas, ligna, plantas in ſumma omnes ſub inanimatorum genere comprehendit. Verum in Timæo naturalem ſpeculationem pauciſſimis exercens auditoribꝰ, qui de ſcientijs ſermones intellectu poſſint cõſequi, reiecta vulgi opinione, mũdi animũ ait in omnibus rebus, quæ ei ſubiectæ ſunt verſari. Quod iam diſſenſionẽ appellare, aut viri parum ſibi conſtantis eſſe arbitrari nõ con-

uenit. Quemadmodũ neqꝫ Aristoteles, aut Theophrastus dissonãtia monumentis literarũ prodidisse censebuntur, qui vulgo quędam scripserunt: quędam etiam vt Auscultationes amicis. Siquidem aliqua de his, quę omnem effugiũt sensum, opinio demõstratione parum commoda probetur, cũ multis indigeat rationibus, auditores angit molestátqꝫ. Quam ob causam de huiusmodi sententiam prius ferre non oportet, quàm cõpendio quodam per amplam demõstrationem ad totius sermonis complexionẽ perueneris. Nec mundi animum saxa, testas, arenam, & exusta siue putrescentia cadauerum corpora penetrare censendũ est. Quòd si enim hunc in modum sermone absoluto apud idiotas palam dixisset Plato, omnes eum præsentes damnassent. Porrò qua ratione motus in hanc venerit opinionem in alijs commentarijs indicauimus: non aut approbantes eam, aut refutantes. Quin & ille ipse nequaq̃ ita pronunciat Theorica, quæ ad naturam pertinẽt, sed quoad fidem possint facere, procedendum in ijs esse scribit. Cęterum stirpes in se motus principiũ, tũ idoneorũ, alienorumqꝫ sensum habere, veritati consentaneum esse puto. At, quod incomode, parũmqꝫ oportune huiusmodi dicãtur, q̃ Plato ipse diligentius obseruo. Iã si quis me roget quo tandem naturæ beneficio stirpibus antecellant animãtia? Sensu

inquam, & motu voluntario. Præterea facultatibus, quas nuper recensuimus, attractrice videlicet, expulsoria, retentrice, & alteratrice: naturæ vocabulo nō animæ indicto: quoniam nihil inde vel artem medicam, vel philosophiam moralem offendi viderē. Porrò cum illius philosophiæ pars, quæ rerum naturæ contemplationē cōtinet, qualē Plato refert, explicāda mihi venerit, in nōnullis planè imitor virum & approbo. In alijs rursus, quatenus vero similia, probabiliáqꝫ fuerint, procedo. Quēadmodū in quibusdam ambigo maxime, nihil habens momēti in discordātibꝰ, quo alterū ipsorū erit probabilius. Quāobrē omnes, quod anima fruimur, ex corporis actiōibꝰ euidēter perspicuis cognoscimꝰ, cursu scilicet, gressu, lucta, & sensu multiformi. Esse sanè horū actuū causam, argumēto, cui omnes natura cōsentiūt, colligimꝰ: nihil in omni rerū humanarū numero sine ratione fieri cogitantes. Verū, quoniā quę sit illa, parū cōstat, facultatē appellauimus effectricē, inde adeò, quòd quæ facit, potest facere. Hac ratione Scāmoniā purgādi virtutē habere: Mespilū ventris retētricē, nemo nō asserit. Qui vero naturali, vt vocant, speculatione exercitati sūt aliud alij sibi persuaserūt. Hinc aliqꝫ incorporeas quasdā substātijs sensibilibus inesse facultates affirmāt. Illi cōtrà substātias ipsas ꝑ sua cuiusqꝫ natura, quę vel ex quatuor

elementorũ tẽperamẽto, vel qualicũq; primorũ corporũ (vocãt ea quidã insecabilia, nonnulli impartibilia, multi similaria) compositione cõflata sit, actiones edere. Iã vero nostram ipsorũ animã, corporis expertem substantiam esse nonnulli existimant: sicut alij spiritum. Nec desunt rursus, qui nullam ei plane peculiarem, sed corporeæ proprietatem attribuant: eorum facultatem ipsam habere dicentes, quib9 efficiundis extiterit idonea: cũ nulla id genus qualitatũ propriã obtineat naturã, sed essentia, quæ functiones subeat, animæ beneficio potẽtias eorũ, quibus agẽdis nata fuerit, possidere narratur. Ego itaq; in nullius verba iuratus, sed integer medio quodã inter illos ordine cõsistens, de aliorum placitis, partim vt veritatis certior, partim vt nihil habens pensi, sententiam profero: quẽadmodũ in ijs, quæ paulò ante relata sunt, quatenus probari queant, disputationẽ producimus. Præstat enim, vt animũ induco meum, de illis perin ac alijs, si per eruditionem liceat, ferre iudicium. Nequaq; tamen falsam rerũ doctrinæ persuasionem induerim, vti complures alij factitant, cuius nondum demonstrationem sim adsecutus. Itaq; de his etiam omnibus, quorũ cognitio tum ad corporis sanitatem tuendã, tum ad morales animi virtutes parandas necessaria requiritur, verba facere cogitamus. Sunt autẽ non mediocre ingenio

decus, & ornamentū allatura, si per ea, quæ clare innotescunt, pulchre intellecta ad medicinam, moralémq; philosophiam ceu scopum referas: quam ego non solum vtilem esse, sed etiam ab omnibus, qui volent, posse exerceri autumo. Quin & duos libros de hoc à me conscriptos inuenias. Cæterū ad id nunc, quod pollicitus sum reuertar: inde sumpto exordio, Quod quidem omnia, quę hoc terrarum orbe corpora continentur ex quatuor elementis totis per tota contemperatis, non vt Empedocles putabat in minutissimas particulas redactis, constant, nemo haud dubie ignorat. Vtrum autem corporeæ substantiæ, an solę qualitates mutuo in se agant, nec affirmo, nec scire operæpretium arbitror. Probabilius autem mihi videtur, temperamēta pro qualitatum ratione constitui. Porrò, an anima immortalis corporis immixta substantijs animātia gubernet, certo me scire non profiteor. Quēadmodum ne id quidem, an nulla per se animæ existat essentia. Hoc sanè pro cōfesso apud omnes habetur, quòd vbi in corpora commigrauerit, eorum naturis, quæ ex certa quadam elementorum (vt dixi) temperatura conditæ sunt, inseruiat. Atq; huius rei gratia nihil reor incōmodi arti medicæ accessurum, etiamsi animationem, vt vocant, & transanimationē ignores. Aptissimum enim corpus sit oportet, quod ani-

mam suscipiet. Sin autem temperamenti al
terationem patiatur, illa protinus emigrare
cogitur. Verbi gratia, si propter sanguinis
fluorem, aut refrigeratorias medicaminum
potiones, aut aerẽ impendiò frigidum refri 5
gescat. Rursus si econtrario per febres, aut
flammæ inspirationes, aut epota denique
medicamenta temperie plus æquo calidæ
incalescat. Quanquam non modo huiusmo
di alterationis rationibus, sed etiam cum 10
omni respiratione destituitur, & hic aliquo
modo alteratum, animam, ipsum deserere
conspicimus. Quod nullo pacto naturali
corporis temperie conseruata, accidere pos-
se animum induco meum. Proinde essenti- 15
am animæ cognoscere, nec ad morbum pro-
fligandum, nec ad sanitatem tuendam ne-
cessarium esse puto: *Sicut* nec ad moralem
philosophiam, seu practicen, id est actiuam,
aut ciuilem multum adeo momenti adfert. 20
Liberum enim est pro suo cuique arbitrio
eam appellare, modo illius, quæ speculatio-
ni seruit, nomine abstineat. At de his aliàs
puta in commentario de Platonis & Hip-
pocratis placitis, vberius à nobis tractatum 25
est. Cæterũ demõstratis naturæ facultatib⁹,
quot, & quales sint, quęstio quædã deinceps
oritur, quẽadmodum attrahere idoneũ seu
familiare stirpes, alienum amoliri dicam⁹.
Qui enim fieri potest, vt quale sit idoneum, 30

quale item alienũ antea cognoscas aperte, quàm illius attractationem, huius segregationem ac propulsionem statueris? Cognoscere siquidem sentiendi facultatis officium esse videtur. Cuius nomine præsens hic sermo male accipitur, nimirum cum Plato aliud sensus genus in plantis inesse clare dixerit, auditores dignoscendi conuenientia ab alienis facultatem intelligunt. Nam eorum duntaxat habent discretionem plãtæ, nempe quæ iuuant, quæ offendunt, aut quæ similes proximósque ipsis affectus obtinent. Reliquarum vero sensus agnitionum, anima naturalis expers est. Nõ enim visus, auditus, tactus, odoratus, gustus qualitates discernit, sed ea solum, quæ nutrire possunt, aut quę secus. Illa enim ad se attrahit: attracta retinet: digerit & transmutat in idoneum substantiæ nutrimentum. Hæc autem respuit. Quam ob caussam Plato recte mihi dicere videtur, stirpes, quod familiaris & alieni sensu fruuntur, non absurde nuncupari animalia quoniam nec illorum motu careant. Sed cum huiusmodi rerum cognitio philosophię medicæ parum ex vsu sit, abunde satis officio functus mihi videor, si quatenus probari possit, solius consequentiæ gratia progressus, Platonis sententiam approbem, qui plantas animãtia vocitet, dicens idoneorũ

ab alienis discernendi sensus esse partici-
pes: qui nimirum exactus suauium, & non
suauiũ iudex extiterit. Siquidem aliud non
inuenies, quo illę conueniens, ac assimile si-
bi attrahentes queas iudicare, quàm frui-
tione, & voluptate eis ingenita. Satis itaq;
est, sicut antea diximus, hoc solũ, quantum
ad medicinã attinet intelligere, quòd ido-
neum quo nutriuntur, stirpes alliciant: a-
lienum velut inimicum respuant, Quin ad
philosophiam absoluta talium sciẽtia mul-
to minus vtilis est: eóque nec Plato eius me-
minit.

CLAVDII GALENI PERGAMENI LIBER, QVOD ANIMI MORES CORPORIS TEMPERATVRAM SEQVVNTVR. GVINTERIO IOANNE ANDERNACO INTERPRETE.

Vòd corporis temperiem facultates animi sequuntur, non semel atq; iterũ, sed subinde admodum: nec apud me solum, verum vnà cũ præceptoribus primum, dein optimisquibusque philosophis diligẽti inquisitione & multifaria perscrutatus, verum omnino sermonem comperi: nec minus vtilem ijs, qui suis ipsorum animis cultum adferre conentur. Quemadmodum igitur in commentario de moribus tractaui, Bonum corporis habitum ex cibi potúsq;, & quotidianæ actionis ratione fieri, ita ex eadem animũ reddemus præstantiorem. Quomodo Pythagoræ ac Platonis imitatores, tum alij quidem veterum fecisse narrantur. Porro futurum hunc sermonem à notione differentiarum, quæ in actionibus puellorum, & animi affectibus apparent auspicabimur: ex quibus facultates

eius innotescent. Alij siquidem ex eis timidissimi, alij maxime attoniti cernuntur. Hi rursus insatiabiles, & præter modũ ventri & gulæ dediti. Illi cõtrà sunt adfecti. Quidã pudibundi, nõnulli quoq; impudentes sunt. Insuper plerasq; id genus alias differẽtias, quas simul omnes alibi commemorauimus, inuenire licet. In præsentia vero trium, & specierũ, & partiũ diuersos animi habitus puerorum naturæ ingenitos exempli gratia demõstrasse sufficit. Hinc enim non eãdem omnes habere naturam, integrum est colligere. Porrò quòd naturæ & substantiæ vocabulum in huiusmodi orationibus idem signat, quis non liquido pernouit? Nam si ipsorum animi substantia mutari non possit easdem obirent functiones, eisdémq; ob caussas similes ducerentur adfectibus. Constat itaque in puerorum naturis, eorúmq; studijs ac adfectionib9 par esse discrimen. Quod si ita se habet, facultatibus quoq; differeht. De quibus sapiẽtium pleriq; parum recte sentientes, statim in hoc opere confutantur. Etenim de illis eiusmodi facere imaginationem videntur, quasi res quædã substãtias inhabitet, vt nos domicilia, ignorantes interim, quòd fũctionis cuiusq; effectrix quędam sit caussa relationem ad aliquid indicãs, cuius ceu rei talis cuiuspiam priuata aliqua, & per se existat appellatio. Illius vero ratione, quod ipsamet edit, actionis po-

tentia dicitur. Quo factum est, vt tot substãtiæ facultates numeremus, quot functiones obeãtur. Verbi gratia: Aloe purgãdi & roborãdi stomachũ, & vulnera sanguinolenta glutinãdi, & cicatricẽ inducendi vlceribꝰ planis, postremo genarũ humores exiccãdi vim obtinet. Præter quã aliud videlicet nullum ea, quę recẽsuimus, singula obire queat. Sola nanqꝫ illis efficiundis hæc dicata fuit. Vnde tot efficiendi potestates, quot effectus habere dicta est. Itaqꝫ purgare stomachũ, firmare, glutinare vulnera, cicatricẽ vlceribus obducere, & tollere hũores de oculis potest. Nihil autem refert siue purgare posse, siue purgandi virtutẽ habere dicas. Eodẽ modo nec illa significatu variãt, oculorũ humores posse desiccare, & siccãdi oculos vim obtinere. Quẽadmodũ animã rationatricẽ quæ in cerebro domiciliũ possidet, per sensus organa sẽtire: per ea quę sensibꝰ vsurpamus suomet instinctu meminisse: tũ cõsequentiã in rebꝰ, pugnãtiãqꝫ cernere: deniqꝫ cõpositionẽ earũ atqꝫ resolutionẽ pernoscere posse ꝓferẽtes aliud innuimus nihil, q̃ si breuiore huiusmodi epilogo cõprehẽdamꝰ. Rationatrix anima varijs est pręd ita facultatibꝰ: sensu videlicet, memoria, intellectu, aliorúmqꝫ singulis. Sed quoniã non solũ generis, verum speciei quoqꝫ vocabulo sentire eam posse affirmamus, vt videre, audire, odorari gustare & tãgere, alias rursus potestates recipere

nouimus, visoriam, auditricẽ, odoratricem, gustraticem, & tactricem. Hunc in modum Plato appetitoriam in ea virtutem inesse pronunciabat: quam vtiq; non proprio, sed cõmuni nomine appetitricem appellare in vsu habuit. Plerasq; siquidem huius animæ partis cupiditates esse recenset. Multas item animosæ, quę Græce θυμοειδὴς nuncupatur. Multo vero tum plures, tum magis varias eius quæ numero tertia est. Quam idcirco excellentiæ verbo appetitricem nominauit. Sic veteres interim totius generis appellationem, illis quæ in eo præcellerent imponere consueuerunt. Veluti cũ carmen hoc à Poeta, illud à Poetria recitatum esse commemorãt, nemo est qui non Homerũ poetam, Sapphon poetriam accipiat. Quid? q; leonẽ feram ita, atque alia id genus secundum excellentiã appellitant. Quare appetitoria cõmuni cupiditatis significatu, puta veritatis scientiæ, disciplinarũ, prudentię, memoriæ, & vt vno verbo absoluam, omniũ bonorum illa pars est animi, quã rationatricem vocare soliti sumus. At libertatis, victorię, potentię, imperij, glorię & honoris, irascibilis siue animosa. Cæterũ veneris, esculentorum, poculentorúmq; voluptatis desideriũ ad eã animi portionẽ refertur, cui Plato appetitricis nomẽ per excellentiã indidit. Ita vero à natura comparatũ est, vt nec illa honestum possit appetere: nec rationalis venerea, aut

potiones, aut esculenta, quẽadmodũ nec imperium, vt credibile est, aut honorẽ, aut gloriam. Pari modo nec animosa, quæ rationatricis & appetitoriæ sunt concupiscit. Tres
5 igitur animi species esse Platonis etiam sententia aliàs demonstrauimus. Insuper hanc in iocinore: illam in corde: tertiã in cerebro sedẽ occupare. Porrò ꝙ ex illis animi tocius vel speciebus, vel partibus rationatrix im-
10 mortalis sit Plato quidẽ asseuerat: ego vero sit'ne an minus, in præsenti cõmentario aduersus illũ disputandũ non censeo. Hoc mihi cũ eo conuenit: species animæ quę in corde & iocinore habitaculũ sortitę sunt, simul
15 cũ corporis morte ad interitum tendere: vnde nobis prima consideratio proueniet. Verũ quænã omnino, ad amussimq; peculiaris vtriusq; visceris existat substãtia, nunc disquirere omittemus. Quin de cõmuni potius
20 omnium corporũ consistẽtia verba facturi sumus, quã ex duobus cõpositã esse primordijs ostẽdimus: materia sanè, quę intellectu qualitatis sit expers, verũ in se quatuor qualitatũ temperiẽ contineat: calidi, frigidi, hu-
25 midi, sicci. Ex quibus ęs quoq; & ferrũ, aurũ, caro, nerui, cartilagines, adeps, & planè omnia, quę Platoni primogenia, Aristoteli vero similaria vocata sunt, constãt. Proin is ipse Aristoteles si animã corporis esse speciẽ di-
30 xerit, rogandus mihi est, aut eius sectatores, formámne speciẽ esse illi proditã intelliga-

mus, vt in partib⁹ instrumẽtarijs: an alterũ naturalis corporis principiũ, puta essentiã opificis ratiõe fungẽtẽ, quæ similaris & simplex est, quippe nulliusinstrumentariæ compositionis sensibus expositę cõpos. Respondebũt nimirũ necessario, alterum naturalis corporis initiũ, cui⁹ functiones sunt primariæ. Indicatũ hoc alibi à nobis est, imò etiã nũc, si res postulet referem⁹ denuó. Atqui si ex materia & specie eiusmodi corpora cõsistũt, queadmodũ Aristoteles ait ex qualitatibus quatuor naturali materię ingenitis, corporis nasci temperamẽtum, necessitas coget speciẽ ipsã apponi. Quapropter animæ substãtia similiter ex huiusmodi mixtura cõstituitur, humido, sicco, calido & frigido, aut si mauis ab essentia sũptis nominib⁹, q̃ à qualitate nominasse, aqua, terra, igni, & aere. Iã vero animũ, facultates eius sequi, perinde vt actiones demonstrabimus. Quod si igitur ratio inter animi partes refertur, mortalis erit, & veluti tẽperatura quędã cerebri cõstituitur. Hoc pacto vniuersę animi specierum partiúmque facultates, temperamẽta subsequentur. Atqui hæc videtur animi essentia. At si immortalis est, vt Plato affirmat, qui fit amâbo, q̃ cerebro plus satis aut refrigerato, aut excalfacto, aut exiccato, aut humectato protinus emigret? Probè, me hercle, fecisset Plato, si ei⁹ rei caussam quoq;, sicut alia pleraq; de animo conscripsisset. Mors etenim

secundum eiusdem authoris sententiã dicitur, cum anima discedit à corpore. Verum qua ratione contingat, largũ sanguinis fluorem, cicutã epotam, tum febrem perardentem ipsam expellere, si Plato viueret, nequaquam dedignarer ab eo discere. Sed, quia in viuis non est, nec vllus ex Platonicis praeceptoribus dubitationis scrupulum mihi exemit: quamobrẽ illis, quę narraui, vrgentibus discedere cogatur, haud vereor ipse dicere, nõ omnẽ corporis speciem idoneã esse quae rationatricẽ animam suscipiat. Hoc nanque Platonici dogmatis consequens esse video. Quanq̃ eius demonstrationem vel vnã pronunciare nõ ita procliue nobis fuerit: quòd quaenã sit animae substãtia, ignoremus. Nã incorporeorũ genere illam cõprehẽdimus. Quippe in corporibus tẽperies mirũ in modum inter se diuersas, easque non parũ multas cernimus. Incorporeae animi substãtiae, quę per se esse possit, citra corporis qualitatẽ aut speciẽ, nulla sese offert mihi quãtũuis sedulo, diligẽtique studio perscrutãti differentia. Cuius rei gratia, cũ nihil in animo corporei agnoscas, qui per vniuersas corporis partes trãsmitti potest: Horũ itaque nihil vel lõgissimo tempore praemeditatus, intellectu nedũ sensu queas cõsequi. Illud autẽ oculis vsurpare licet, quod sãguinis euacuatio, & cicutę potio corpori frigus ĩducũt: febris autẽ vehemẽtior, magis ac cõmodũ sit, recalfaciat.

Sed cur (idem repeto) anima corp⁹ impendiò, aut frigidum aut calidum omnino relinquat, post duiturnam inquisitionem nõdum inueni. Quẽadmodũ nec illud, quare pallidæ bilis in cerebro exuperantia dementiam cõciliet: atræ Melancholiã, pituita, & simul omnia quę frigoris causam adferũt, memoriã offendãt & intelligẽtiã. Insuper qua virtute cicutæ sorbitio stultitiã ipsam pariat, vnde κώνειον grecũ nomẽ à tormine quo corpus afficit, accepit. Vinũ, quo vtimur quotidie, omnẽ animi tristitiã, & mœrorẽ manifesto discutiat. Zeno, vt aiũt, dicere solebat queẽadmodũ lupini amari in aqua macerati dulces reddũtur, ita se vino vtentẽ exhilarescere. Quin Oenopiã radicẽ hoc insignius multo efficere narrãt, quę hospitis Ægyptię medicamẽtum extitit: de quo poeta scribit.

Miscuit, inquiẽs, actutum dulci medicamina vino.
Vnde hilaris, lætúsque mali & fuit immemor omnis.

Valeat igitur Oenopia radix. Nihil enĩ ad præsens institutũ eã requirimus, vidẽtes vinũ nunq̃ nõ designare, quę poetę recẽsent.

Sic tibi suaue nocet vinũ, velut õnibus, illo
Qui nulla cupidi semper ratione fruũtur.
Victus & Eurytion vino præclarus, in altis
Pirithoi tectis quæ potu perditus inde
Aduersus Lapithas certans euertit ab imo.

Et alibi de ipso Neleo sic canit.

Cōpulit hoc quis sapientē promere cantū.
Et risu immodico turpes ductare choreas.
Tum nefanda loqui.

Porrò Theognis huiusmodi dicto vti con-
5 sueuit: LARGA VINI POTIO MALA,
moderata non solū non mala, verum ętiam
cōmoda. Siquidem euidens cōcoctioni, ex-
cretioni, & sanguinis generationi præsidiū
adfert. Pręterea animum nostrum mansue-
10 tiorem iuxta ac audatiorem, ex media vi-
delicet corporis temperie, quā rursus ex me
dijs efficit humoribus, reddere potest. At nō
modo temperamenta, sicut dictum est, & a-
nimi functiones immutat, sed eum quoque
15 à corpore migrare compellit. Quid enim a-
liud dixeris, cū videas tum refrigeratoria,
tum excalfacientia medicamēta statim, vbi
quis assumpserit, internitionē adferre? Ex
quo numero sunt ferarum venena. Aspidis
20 nanque morsu impetiti, subito animam ef-
flant. Simili periculo cicuta bibitur. Iam
vero qui animę peculiarem essentiam attri-
buunt, corporis eam temperamēto subser-
uire fateri cogentur: quod etiam mortis in-
25 ferēdæ, & delirij potestatem habet. Adhæc
ad memoriæ & ingenij pernitiem: deniq;
ad tristitiam & mœrorem, & metum magis
insignem excitandū, haud valet mediocri-
ter: quemadmodum in atra bile, oculis iudi
30 care licet. Quare hisce contraria, qui vino
vtitur modice experietur. An igitur animę

facultates à sicci & frigidi qualitate aliena-
būtur: à calidi humidiq; mixtura nō item?
Atqui multa huius indicia cum in medica-
mentis, tum in quotidiano victu extāt: quæ
fortasse postea dicturus vniuersa, si primū 5
quæ Plato cōscripsit, cōmemorē: quomodo
anima propter corporeę molis humiditatē
in obliuionem eorum incidat, quorū prius
erat conscia, dum adhuc libera vagabatur.
Hunc etiam ipsum ferè sermonem in Ti- 10
» mæo vsurpat: ea libri parte, vbi deos homi-
» nem creasse ait, anima in corpus influēs, &
» effluens immortali trāsmissa. Nemini du-
biū est, infantiū substantiæ humiditatē hic
ab illo per ęnigma vocari. Nam hæc priori- 15
» bus subiungit: Hi porrò ambitus in largum
» immersi fluuium neq; tenebant, neq; tene-
» bātur, sed vi magna ac impetu tū ferebant
» tum ferebantur. Et paulopost: Cū enim in-
» gens inundaret fluctus, ac rursus decresce- 20
» ret, vnde nutrimenti copiam animal reci-
» peret, multo maiorem tumultū cuiusq; af-
» fectus foris accidentes excitarunt. Sed age
» rursus eadem percenseamus, quę statim ap-
» ponit. Quāobrem anima sic initio affecta, 25
» cum primū molē corpoream velut ergastu-
» lum subit, amens efficitur. At postquam nu-
» trimenti & auctionis riuus lenius minúsq;
» fluxerit, animæ vero periodi tranquillitate
» denuo recepta iter suū peragant, tēporisq; 30
» processu magis cōsistant, tunc iam absolutę

circuli cuiusq; ad figuram naturæ suæ pro- ״
priā redeuntis conuersiones, alterius quoq; ״
figuram cum sua restituūt, hominē eò pro- ״
fectum sapientem perficiunt. Cū incremē- ״
5 ti, nutritionisq; minor adsit fluxus, inqui- ״
ens, humiditatem nimirū innuit, quam pri- ״
us amētiæ caussam esse tradiderat. vt, quòd ״
siccitas animo prudentiam, humor desipiē- ״
tiam cōparet. Quod si ita habet, summam ״
10 haud dubiè prudentiam summa pariet sic-
citas. Quantū vero humoris accesserit, tan-
tum à perfecta demetur prudētia. Cuius tā-
dem animantis corpus tam expers humidi-
tatis est, vti stellarū? Nulli9 opinor, nec ꝓpè
15 quidē accedit. ERGO MORTALIVM NE
MINI PRVDENTIAE ABSOLVTIO
SPERANDA EST VNQVAM. Omnes
vt humidi, sic stultitiæ participes viuimus.
Iam vero, cum rationalis animæ particula,
20 quæ vniformem substantiam nacta sit, pro
tēperamēti corporis ratione mutetur, quid
putas speciē eius morti obnoxiā necessario
pati? quā corpori seruire luce clarius est. At
illius temperiē esse magis q̄ famulatricem
25 pręstat dicere, sicut à nobis suprà demōstra-
tum est. Cæterū cordis tēperaturā irascibi-
li animæ asscribūt: iocineris, ei quę authore
Platone appetitrix, Aristotele vocatur nu-
tritoria, siue naturalis. Sanè Andronicū pe-
30 ripateticū, q̄ liberè, vt virū decet ingenuū,
nulla circuitione perplexa vsus, animæ sub-
stātiā asseuerarę nō dubitauit, & laudo, &

interpretationẽ ei⁹ recipio. Talis enim in plerisq; scriptis mihi apparet. Quód autẽ tẽperiem illã esse dicat, subiungátq; vel potentiam temperamẽto subaudientem, non item probo. Etenim quòd anima cũ sit quædam essentia diuersis pollet facultatibus, recte Aristoteles docuit: tamen ante hoc non inelegãter ὁμωνυμίαν id est cognominationem subdistinxit. Postquam vero materiæ, speciei, & simul vtriusq; substantiam exposuisset, animam speciei essentiam esse pronunciauit. Quippe, qui preter temperamẽtum aliud dicere potuit nihil, vt ante paulum indicauimus. In hoc essentiæ genere Stoicorum quoque opinio comprehẽditur, qui animam spiritum aliquem esse volunt: quemadmodum & naturam. Verum humiditatem & frigiditatem naturæ: siccitatem & calorem animo concedunt. Quamobrem hic spiritus peculiaris quædam animæ materies est. Cuius species, videlicet temperamenti, quod ex aeris ignisq; symmetria cõsistit, dicitur. Siquidem nec solũ aerem, nec ignem animam esse dixeris: quoniam nullũ in summo frigidum, aut calidum animantis corpus fieri deprehendas. Imò nec insigniter ab altero superari. Quandoquidem protinus, vbi mediocritatem vel paulum excesserit ignis, animal æstu immodico febricitat. Refrigeratur vicissim, & liuorẽ, & sensum aut nullũ, aut difficilem adeò aeris in-

iuria cõsequitur. Qui quidẽ in se frigidus,
ignis mixtura temperatus euadit. Vtrũ igi-
tur vlli dubium est, animæ substantiam pro
certa quadam aeris, ignisq; temperie, Stoi-
5 cis authorib⁹ alienari? Chrysipp⁹ enim me-
diocris horum mixturę beneficio sapientiã
adeptus est. Atqui Hippocratis filij ob ca-
lorem immodicum stulti comicorũ fabulis
ridentur. Dicet forsan aliquis, nec Chrysip-
10 pum prudentię nomine laudandum, nec il-
los stultitiæ vitio vituperandos esse. Simili-
ter nec ex animæ, quæ animosa nũcupatur,
vel functionibus, vel affectibus audaces lau-
dari: timidos reprehendi oportere. De his
15 itaq; mox cõsiderabimus. Nunc ijs, quæ ini-
tio statueram, reliqua subiungere cogito, si
prius moneam omnia in omnibus ostendi
non posse. Et cum duæ Philosphorum sectæ
ex prima illa diuisione prodeant, nonnulli
20 vniuersam mũdi essentiam vniformem, alij
propter vacui implicationẽ diuersam esse
præcipiũt. Alteram hæresim illis argumẽ-
tis, quæ in cõmentario de Elementis secun-
dum Hippocratem tractauimus, nihil ha-
25 bere veritatis deprehendimus. In hoc certè
sermone hypotheseos loco assumemus, hu-
mani corporis substantiam, eiusq; tempe-
riem in parte similari alterationẽ sustine-
re. Nam physicum corpus essentiam animę
30 pro temperamenti consistentis ratione cõ-
ciliare significatum est: nisi tamen quis in-

corporeã, sicut Plato, esse ponat, vt quę corporis auxilio carere possit. Statuẽtibus autem proprias animi actiones à corporis tẽperie impediri, abunde satis fecimus. Adijcientur & nũc aliæ indicationes. Verũ hac 5 ratione vtraq; declarata, librũ de Temperamentis apponere videtur nobis esse commodius. Nam ij, qui animam corporis esse speciem arbitrãtur, æqualitatem temperaturæ, non siccitatem reddere eam pruden-10 tiorem dicere poterunt: & hactenus dissentient ab alijs: quibus persuasum est, quò tẽperies euadit siccior, hoc maiorem animæ prudentiam accrescere. Quãuis etiam Heraclitæ sectatores siccitatem prudentiæ fa-15 miliarẽ esse permittãt. Hũc enim in modũ pręceptor illorũ scriptitauit. SPLENDOR SICCVS, MENS PRVDENTISSIMA EST. Quo iam dicto prudẽtiæ caussam, siccitatem existimauit. Hoc enim splendoris 20 vocabulũ innuit. At quę hæc opinionũ putanda est optima: quippe stellas, cum pellucidas simul & siccas imaginemur, summa pręditas esse prudẽtia. Quã si quis eis inesse negauerit, is à diuinę maiestatis sensu a-25 lienus sit oportet. Quid ergo plerique senectutis metas ingressi delirarunt, cum hæc ætas omniũ maxime sicca esse prædicetur? Non ob siccitatem id euenire, sed frigiditatem dicemus: quæ omnibus palam munijs 30 animi aduersatur, impeditq;. Porrò hæc su-

peruacanea licet, euidenter tamen præsenti cõmentario functiones animi, & affectus corporis imitari temperiem demonstrant. Si quidem anima similaris particulæ speci-
5 em induit: indicationem ab eius substantia capiemus certissimam. Quòd si immortalẽ esse peculiaris naturę cõpotem ex Platonis authoritate statuamus, eodẽ authore corporis seruitio illã subijci, tum infantiũ amẽ-
10 tiæ, tum ætatis vitio desipientiũ occasione, præterea eorũ qui venenatis potionib9, aut humoribus vitiosis in corpore exortis, delirium, insaniam, obliuionem, & demẽtiam sibi asciuerunt, confitendum est. Dicet etiã
15 aliquis, animam vsq; dum obliuio, mentis alienatio, motus & sensus inopia sequatur ea quæ retulimus, impediri quo minus naturæ suæ facultatibus actiones obeat. Postquam vero se videre putat quę sensui expo-
20 sita non sunt: audire quæ nemo dixerit, & turpe quid ac arcanũ, vel omnino absurdũ effutiat, nõ virtutes natiuas modo, quas habebat, perijsse, sed contrarias illis insilijsse coniecturamus. Hoc itaq; iam nõ mediocrẽ
25 quãdam aufert suspitionem animi substãtiæ, ne non incorporea esse censeatur. Quinam fieret, vt à corporis commercio in contrariã sibi naturã traduci possit, si nec qualitas corporis sit vlla, nec species, nec affect9
30 nec deniq; facultas? Atq; hæc omittam9, ne pl9 operę in accessorio, q̃ ꝓposito insumat.

Cæterum quòd animus corporis vitio obtemperet, euidenter in atra bile, phrenitide, & insania perspicuũ est. Quippe morbi caussa seipsos interim, & familiares, ægroti non agnoscunt. Quod Thucydides multis 5 accidisse scribit & nos in morbo pestilenti iam annos paucos grassanti vidimus. Non dissimile superioribus est & illud, vbi quis humorum suffusionis vitio nihil se videre putat visitatrice potentia adhuc salua. At 10 cum vnum apparet esse tria, iam vidẽdi facultas grauissime laborat. & propemodum phrenitidi similis morb9 existit. Quod Plato nimirũ exacte nouerat, animũ dicẽs vitiosis corporis humorib9 infestari, offẽdiq́ꝫ, 15 vt verba eius subiuncta declarant. Acris enim, & salsa pituita, adhæc amari, biliosiq́ꝫ humores corpus pererrantes si non exhalant, sed intrò vapores suos retinent, vehementer animi statum intemperie sua per- 20 mutant, morbósq́ꝫ omnigenos pro maioris minorisq́ꝫ: paucioris & pluris ratione producent. Perferuntur sane ad tres animi sedes, atq́ꝫ pro locorũ varietate varias quisq́ꝫ species generat, impatientiæ & languoris: 25 audaciæ rursus & timiditatis: insuper obliuionis & hebetudinis. Hic Plato vitiosos corporis humores animo parere malignitatem quandã clarissimè confitetur. Simili ratione corporis habitudinem morbũ ani- 30 mo conciliare hunc in modum ostendit.

Qui plurimo, viscosóque semine abũdat, quẽ- ››
admodum arbor magis ac conuenit fœcun- ››
da fructib⁹, is certe ob infinitos dolores ac ››
voluptates, quibus in potiunda libidine, e- ››
5 iúsque fœtibus passim affectus est per omnem ››
vitæ ætatẽ insanit, furitque. Cuius tamen ani ››
mus, cum ob infelicitatẽ corporis ægrotet
& desipiat, vulgò nõ æger, sed malè affectus
vtcunque falsò putatur. Veritas autem sic ha-
10 bet. Veneris intẽperantia vt plurimũ ex lu
brico, vdóque generis vni⁹ habitu profecta, in
animi ægritudinẽ vertitur. Itaque abunde sa
tis, & hisce verbis malè habitũ corp⁹, malũ
gignere animũ declarauit. Sed nihilominus
15 sententia Philosophi ex sequentibus fit per-
spicua. Sic enim inquit. Omnis propemodũ ››
voluptatis incontinentia, perinde ac si spõ- ››
te simus improbi vituperatur. idque nõ meri- ››
to. Nemo siquidem vltro malus. sed ob pra- ››
20 uum corporis habitũ, rudémque educationẽ ››
malus redditur: quoniã hęc cuiuis vel inuito ››
adueniunt. Quòd igitur Plato, quæ modo
protulimus comprobauerit, ex ipsius verbis
quę partim in Timęo vt iam præposita, par
25 tim alijs in libris adducit, manifesto liquet.
Quidque Aristoteles matricis sãguinis vnde
noster ortũ ducit, temperiẽ animi faculta-
tes sequi putat. hæc ex secundo de animaliũ
partibus fidẽ tibi faciẽt. Ita nanque scriptũre
30 liquit: Sãguis crassior calidiórque roboris effi ››
catior est. Tenuior autẽ & frigidior sentiẽ- ››

" di vim atq; intelligendi maiorem obtinet.
" Idem discrimē in ijs quoq; habetur quę san
" guini proportione respōdēt. Cui⁹ gratia a-
" pes, aliáq; id genus animalia multa sangui-
" ne carentibus ingeniosiora sunt. Ad hęc quę 5
" in ter ea sanguine prædita sunt, si frigidio-
" rem, &tenuiorē acceperint, magis industria
" suis cōtrarijs sunt. Sed optimè habent, quæ
" calido, tenui & syncero fruūtur: quippe quę
" vnà & viribus corporis & animi prudentia 10
" plurimum valent. Quamobrē pars etiam su
" perior corporis ea ipsa differentia cū inferi-
" ori dissidet: & fœmina cū mare: & pars de-
" xtra cū sinistra in ijsdem corporibus. Hinc
constat haud dubiè Aristotelem virtutes a- 15
nimi, sanguinis temperantiam imitari si-
gnificare voluisse. Qui etiam paulò infe-
rius in eodem commentario confirmat opi-
nionē: Quas, inquiens, fibras, vocāt, sanguis
" alius continet, alius non item: vt ceruarum, 20
" damarum: eoque talis nunquam spissatur.
" Qui enim dilutior, frigidior est: itaque du-
" rescere non potest. Qui terrenus, nimirum
" coit cum humor euaporatur. Fibræ autem,
" illæ terrę sūt opificiū. Porrò accidit interim 25
" vt syncerior hic sanguis prudētiā cōciliet:
" verum nō ob frigiditatē suam, sed tenuita-
" tem potius & munditiam. Quorū neutrum
" in terreno est. Habent enim sensum mobi-
" liorem, quorū humor tenuior, & syncerior 30
" est. Hui⁹ virtute nōnulla ex ijs quæ sangui-

ne vacant, animalibus, prudētiora quibusdā ››
sanguine præditis sunt, vti diximus anteá. ››
Quemadmodū apes, formicæ, & si quid ali- ››
ud huiusmodi viuit. Timidiora quibus san ››
5 guis dilutus nimium est. Metus enim refri- ››
gerat. Quapropter ea quib⁹ eius generis tē- ››
peramentū in corde cōsistit metuēdi affecti ››
bus sūt oportuniora. Nā aqua frigore cōge ››
lascit. Inde est, ꝙ exanguia timore citius ac ››
10 sanguinea corripiūtur, vt absoluto sermōe ››
dixerim. A motu cessant præ nimio metu: ››
recremēta emittunt: nōnulla etiā suos colo- ››
res immutāt. At quorū sanguis fibris admo ››
dū multis crassisqꝫ refectus, hęc terrena ma ››
15 gis constāt natura, & animosa, iracūda pro- ››
indéqꝫ furibūda sunt. Ira enim calorē exci- ››
tat. Solida autē calfacta, magisq̄ par est cali ››
da sunt: vt fibrarū natura in humido. Nā il- ››
læ solidiores, magisqꝫ terreæ, corporis velut ››
20 fomēta fiūt. feruorēqꝫ per irā accēdūt. Quo ››
fit, vt tauri, & apri animosi, iracūdi, furibun ››
diqꝫ sint. Sanguis enim eorū fibris refertior ››
est. Et taurorum quidē sanguis celerrimè co ››
it & durescit. At si fibras detraxeris, sanguis ››
25 non cogetur: vt enim si ex luto terrenā por ››
tionem semoueris, aqua non concrescet: ita ››
sanguis fibris detractis (sunt enim terreæ) ››
incongelabilis manet. Nā si eximautur, co- ››
gitur: queādmodū terra humida frigore. Cū ››
30 enim calor à frigido exprimitur, humor v- ››
nà trahitur atqꝫ euaporatur, vt dictū iā est: ››

» atq; ita concrescit non à calore, sed frigore
» siccescēs. At vero quādiu in corpore cōtine-
» tur, humidus est propter calorē animalibus
» inditū. Hæc pręfatus Aristoteles, mox subiū
» git quæ sequūtur. Profecto naturā sāguinis
» causam esse ex animaliū habitu seu morib9
» & sensu probatio sumitur. Totius etenim
» corporis est materia. Iā vero cū alimentum
» existat materies: sanguis autē vltimū habea
» tur nutrimentū, fit vt plurimum differētiæ
» generetur, si calidus aut frigidus sit. Si te-
nuis, aut crassus: si turbulentus, aut nitidus.
Hæc Aristotelis verba sunt, & pleraq; alia
in libris de Animalibus: Nec minus in pro-
blematibus huiusmodi inuenias licet. Sed
omnia adscribere nō operæpreciū visū est:
quoniā satis est authoris sentētiā, de corpo
ris tēperamēto & animi facultatib9 indicas
se. Attamē aponā ex primo de animalium
natura iā citato, quorū nonnulla manifestè
ad temperiem referuntur: nonnulla per si-
gna, quib9 naturę habitus indicatur, depre-
hendūtur, & quidē eodē authore. Vult enim
hic in quoq; animalium genere corporis to
tius formā animi morib9 ac potētijs peculi
arē fieri. Exēpli gratia. Prædita sanguine a-
nimantia ex matricis sanguine ducūt origi
nem. Ex illius igitur tēperatura mores ani-
mi pendent: sicut modo tradidimus. Simili-
ter instrumētariarū partiū forma secundū
Aristotelis sentētiam animi status indicat.

At ſecundo hoc modo non parum multa de
moribus animi,& corporis tēperamento ap
parent indicia. Quædā ex ijs,quibus natu-
ræ habitus iudicatur,clarè nullóq; interual
5 lo temperiē repręſentant. Audiamus igitur
iam quæ Ariſtoteles in primo de animaliū
natura cōſcripſit. Pars faciei frons eſt. Qui- »
bus hæc magna,ſegnes:quibus parua,mobi »
les:quibus lata, mente moueri idonei: qui- »
10 bus rotūda,iracūdi ſunt. Atq; hæc vna ſen- »
tētia. Altera nō multo pòſt hunc ferè in mo »
dum ſonat. Supercilia ſub fronte bifariā di »
ſtincta:quæ ſi in rectū exporriguntur,mol- »
lem ſubeſſe animū ſignificant. Si iuxta na- »
15 ſum inflexa ſunt,auſterū notant & acerbū. »
Iuxta tēpora,deriſorem , diſſimulatorémq; »
indicant. Mox paulò infrà ſubiungit. Oculi »
pars cōmunis ſuperioris inferiorisq; palpe »
brę angelus eſt,quē duplicē vterq; oculus ha »
20 bet: alterū iuxta naſum, alterū iuxta tēpo- »
ra:qui ſi iuſto ſunt longiores, notam morū »
maleficorum notāt: ſi carnoſi more pectun »
culorum ſunt qui naribus iunguntur,mali- »
tiam præferunt. Poſt hæc rurſus inquit. Su- »
25 percilia in totum demiſſa,inuidiæ notā ha »
bēt. Iterum:candidum oculi magna ex par- »
te ſimile in omnibus eſt. At quod nigrū di- »
citur, variat. Alijs enim atrum:alijs admo- »
dum cæſium, alijs fuluum, alijs caprinum, »
30 quod morū optimorum indicium eſt, & ad »
cerne ndi claritatē,primatū obtinet. Poſtea »

" subnectit illa. Oculorum alij grādiores: alij
" parui: alij mediocres, qui optimi habentur.
" Item alij nimiū prominentes: alij: cōditi: alij
" modice siti. Qui conditi sunt clarissimè cer
" nere, in genere quoq; brutorum animalium 5
" possunt. Medius tamen situs nota morū est
" optimorum, & aut nimium conniuent, aut
" rigidi intentiq; constāt, aut modice mutāt.
" Deinde sermonē de auribus subijcit. Aures
" aliæ maiores, aliæ paruæ, aliæ mediocres, & 10
" aut nimium, aut parum, aut mediocriter ar
" rectæ. Mediocres optimos mores ostendūt.
" Magnæ vero, & erectæ supra modū stultitię
indices sunt, aut loquaacitatis. Hacten⁹ Ari
stoteles in primo de animalium natura. Sed 15
in alijs quoq; de signis naturæ iudicialibus
mentionem facit: de quibus vtcunq; dicerē,
nisi prolixior esse vererer, & tēpus nequicq̄
consumere, cum liceat Hippocratē illū diui
num speculationis huius primū inuētæ te- 20
stē producere. Ita enim docet in cōmētario
de aquis, aere, & locis. primū quidē de ciui-
tatibus quę versus septentrionē vergūt: mo
" res, inquiens, illorū agrestes magis q̄ beni-
" gnos esse. Mox de illisquę spectāt Oriētē hu 25
" iusmodi scribit. Viri clara voce præditi sūt.
" Ita & īgenio quoq; pręstātiores ijs qui ad A-
" quilonē habitāt. Deinde copiosius de eisdē
" hisce verbis differit: plurimū Asiā ab Euro
" pa differre naturis omniū, & quę terra pro- 30
" ueniunt, & hominum dicimus. Multo nanq;

pulchriora, vberioráq; omnia gignũtur Asi- ,,
anis: tũ regio mitior hac nostra est. Atq; hęc ,,
omnia anni tẽperaturæ clemẽtia cõtingũt.
Temperamentũ ait non modo aliorum quæ
5 percensui: sed morũ quoque causam esse. Qz
vero anni temperies hæc ab illa calore, fri-
gore: sicco & humido recedere, variariq; cen
seat, compluribus illius testimonijs in præ-
senti cõmentario probare possum, eandem
10 ipsum opinionẽ seruare ostendẽs de elemẽ-
tis in libello de Natura humana: alijsq; om
nibus cõmentationibus. Quinetiam in his
quę sequũtur idem pręcipiẽs, sic de regione
temperata scribit. Quam & hominũ status
15 tẽperatos reddere confitetur. Nec à calore
nimio peruritur, nec siccitate, aquarũq; pe-
nuria perarescit, nec frigoribus infestatur.
Horũ gratia deinceps inquit. Corporis autẽ ,,
robur, audacia, iracũdia, & laborũ tolerãtia ,,
20 in tali natura, vel huius, vel alterius gentis ,,
innasci nõ queat, sed voluptatẽ amplexari ,,
illos necesse est. In eodẽ cõmentario nõ mul ,,
to infrà rursus hæc adfert. De ignauia vero ,,
hominum & mollicie, cur infirmiores, ac mi ,,
25 nus bello idonei, sed moribus leuiores sint ,,
Asiani ijs qui Europam incolunt, in prom- ,,
ptu caussæ consistunt, animi videlicet tem- ,,
peries, quæ minimas frigoris & caloris mu- ,,
tationes subeunt, vno in statu manẽt. Post ,,
30 illa sic iterũ, Inuenies Asianos tamen quos- ,,
dam à cæteris differre. Hos strenuos magis ,,

"Illos ignauos ac imbecilles. Cuius rei caussa
" anni temporum mutationes existūt: quem-
admodum supra tradidimus. Dein vbi Eu-
ropæ incolarū mentionē facit, hunc sermo-
" nem adducit. Agrestes, duri seu feroces, &
" animosi illic nascūtur. Alibi in eodē libro.
" Qui regionem montosam, asperam, subli-
" mem, aquis indigentem inhabitāt, magnas
" tēperamenti mutationes sustinēt. Plurimū
" autē discriminis cum aliarum nationū ho-
" minibus inter eos videas. Sūt enim insignis
" staturæ, laborum patientes, strenui agrestes
" & feroces. Qui vero profunda loca colūt, pa
" lustria, æstuosa, vbi calidiores q̃ frigidiores
" venti spirant, & calidæ aquæ in vsu sunt, hi
" corpora non habent magna, verū lata, car-
" nosa, pilis nigris obsita. Porrò fusci magis
" ac albi in lucē prodeunt. pituitę minus q̃ bi
" li suaptæ natura obnoxij sunt. Pręterea for
" tiores animo & exercitatiores, atquè corpo-
re. Natura variant, legibus latis obediūt. Le
ges dixit cuiusq; regionis vitæ rationem ac
institutum, quod educationem, disciplinam
& cōsuetudinē nominamus. Cuius quidem
sermone post paulū futuro meminerimus.
Libet enim in præsentia eiusdem authoris
" verba apponere: Qui altam regionem pos-
" sident, planam, ventis oportunā, salubribus
" scatentem aquis: ingenti corpore præditi
" sunt. Nulla inter eos imparitas. Nulla men-
" tis fortitudo, sed comitas cernitur. In su-

per de loco hęc ſubſtruit. Qui parum fœcun-
dam terram incolunt, aridam, nudámque,
vbi anni mutationes intemperatæ accidũt:
corpora dura ſortiuntur, robuſta, flaua po-
5 tius quàm nigra: animũ pertinacem habẽt
& obſtinatũ. Etenim quid, ne multa nimis
illius citem, addit? Comperies hominum &
formas & mores regionis naturam vt pluri-
mum imitari. At regionẽ ipſam calidi, fri-
10 gidi, humidi, & ſicci qualitate ab alia differ-
re, ſubinde in iſto libro cõmeminit. Quam-
obrem pergit. Vbi ſolũ pingue, molliuſcu-
lum, inſigniter humidum, ſublimibus aquis
ſubiectum, ęſtate calidis, hieme frigidis, re-
15 liquisque anni partibus optime temperatis:
homines carnoſi, minúſque articulati, humi-
di, laborum impatientes & deſidioſi: animo
maligni viſuntur. Quare ſegnitie & ſomno-
lentia laborãt, artib⁹ diſcẽdis inepti, craſſi,
20 miniméque acuti. Hinc nimirum denuo cla-
riſſimũ reddit, non ſolum mores, ſed inge-
nij hebetudinem & intelligentię ex quatu-
or anni temporum iniuria proficiſci. Simi-
25 lia prioribus, quæ ſubiunguntur infrà hoc
modo conſcripſit. Regio nuda, quæ hieme
niuibus, æſtate ſolis infeſtatur ardore, gra-
ciles, duros, articulatos, robuſtos, & hiſpidos
generat. Natura vigiles, moribus iracũdos,
pertinaces propoſiti, & obſtinatos, eóque ma-
30 gis feroces, q̃ benignos. Cæterũ acri ad ar-
tium ſtudia ingenio, prudentíque induſtria

„ præditos : ſed omniũ maxime in re bellica
„ præſtãtes cõſpicimus. Quis nõ videt & hic
Hippocratẽ euidẽter innuere, nõ tantũ mo-
res, ſed ingenia quoq; hęc acutiora, illa mi-
nus felicia, quędã hebetiora craſſioráq; loci 5
tẽperiẽ cõſequi? Nõ opus nũc habeo, omnia
quæ in ſecundo aut ſexto ἐπιδημιῶν, id eſt
morborũ publice graſſantiũ libro de natu-
ræ iudicijs ponũtur cõmemorare, hoc tãtũ
„ exempli gratia contentus adſcribere. Vena 10
„ pulſum edẽs in cubito, furoris & iracũdiæ:
„ quieſcens alienationis animi argumẽtũ eſt.
Hoc modo verba illius ſonãt. Quibus vena
in cubito vehemẽtiſſime mouetur, hi furioſi
ſunt. Venas eteni arterias veteres vocabãt: 15
vt ſæpius annotauim9. Atqui nõ omnẽ ar-
teriarũ motũ nominabãt pulſum, ſed expo
ſitũ ſenſui tantũ, vt qui ægrotãti quodãmo-
do moleſtus eſſet. Hippocrates tamẽ cõſue-
tudinis hui9, quæ poſt inualuit, author, om- 20
nem arteriarũ motũ, qualiſcunq; ille fuerit,
pulſum appellauit. Verum in iſta ſententia
vetuſtiore interpretandi modo vſus, ex eui-
denti motu arteriæ furioſum, aut pronũ ad
iram coniecturabat. Nã arteriarũ pulſatio- 25
nis cauſſa, ſanguinis in corde exuberantia
eſt Furoris autẽ & iracundię caloris copia.
Segnes, tardos, graues, tẽperaturę frigiditas
efficit. Proin Hippocrates in toto de aqua-
rum tẽperie & quatuor anni partiũ cõmẽ- 30
tario, nõ modo iraſcibilis animæ, aut appe-

titoriæ, sed etiam rationatricis facultates, corporis sequi temperamentũ ostendẽs, testis est fide dignissimus: si quis opinionũ veritatem à testimonio pendere putet: quemadmodũ nõnulli pro more habent. Ego sanè nõ vt testi huic viro credo, sicut alij plerique, sed quôd solidas demonstrationes eius videam, idcirco laudis honorem Hippocrati defero. Nemo siquidem non videt corpus eorum qui sub Aquilone degunt: tum animum longè aliter ab ijs qui iuxta Zonam vstam habitant, affectũ esse. Aut quis ignorat inter hos, temperatũ colentes tractum corporis præstãtia, moribus animi, ingenio, & prudentia, cæteris omnibus antecellere? Sed propter quosdã qui se Platonicos nominãt, putãtes animũ corporis morbo impediri, sanitate vero illius nec iuuari fũctionibus obeũdis, nec offendi, dicta nõnulla Platonis adscribã, quibus asseuerat aliquos etiã sanos ex locorũ temperamẽto, vel præsidiũ ad sapientiã excipiendã, vel incõmodũ reportare Scripsit autẽ statim in exordio Timæi, Hunc iã vniuersum mundũ atque ordinem prius à se exornatũ nobis incolendum obtulit deus. Locũ itaque delegit, anni tẽporum clementia gratum, vbi viri orirentur prudentissimi. Mox iterum subiũgit. Deus ergo tanquam belli & sapientiæ studiosus, locũ, qui sibi simillimos producturus esset, electũ imprimis colendũ mortalibus dedit.

Quod iã locis,hoc est terræ habitaculis tri-
buit,hinc est cõijcere.Imò vel ex quinto le-
gum satis constat, vbi sic ferè scribit. Suc-
currat quoq; locorum temperaturã ad ho-
minum aut virtutem, aut vitia valere plu- 5
rimum.Rursus hic manifesto locorũ ratio-
nem meliores aut peiores gignere declarat.
Post hæc iterũ.Quidam diuersitate vento-
rum, & solis æstu difficiles atq; proterui fi-
unt. Alijs aqua:nõnullis ipsum quod ex ter 10
ra prodit,alimentum, corporis, imò etiam
animi meliorem statum,aut peiorẽ excitat.
Hoc loco ventos,& solis calorem animi vir-
tutes infestare dicit.Iam vero sint, qui hæc
posse fieri negent:insuper animi bonitatẽ, 15
aut vitia nõ ex media temperie proficisci.
Nam ista virorum prudentiæ consequentia
fuerint. Nos certo scimus,quod nutrimentum
quodq; primũ deglutiẽdi functione in ven-
triculum demittitur. Ibi prius elaboratur: 20
dein per venas ex epate eò descẽdẽtes ex-
ceptum,humores in corpore generat:vnde
particulæ omnes alimenta suscipiunt:præ-
ter illas cerebrũ,cor & iecur.At inter alen-
dum frigidiores quàm prius euadunt,dum vir- 25
tuti humorum propollentium assimilãtur,
frigidiores & humidiores.Quare ad mentẽ
redeãt tardẽ,qui nutrimentũ hos tẽperan-
tiores,illos dissolutos magis : alios inconti-
nentes,nonnullos frugales,cõfidentes, me- 30
ticulosos,mansuetos,modestos,& contẽtio-

nis ac rixæ ſtudioſos reddi poſſe difficulter
permittent. Veniant itaq; ad me, audituri
quo eſculento, quo item poculento eos vti
cõueniat. Non enim mediocriter in morali
5 philoſophia promouebunt: ſed rationatri-
ces animæ facultates virtutibus augebunt,
dum ingenio & memoria feliciores diſcipli
narum,& prudentiæ ſtudioſiores fiant. Ad
nutritionem, potũmq; vẽtos ipſos docebo:
10 tum aeris nos ambientis temperiem: inſu-
per regiões quas eligere,quas vitare ex vſu
ſit. Porrò in memoriam ipſis vel inuitis re-
ducam denuo,quòd Plato à quo cognomẽ-
tum ſibi vſurpant,nõ ſemel aut iterum,ſed
15 frequenter admodũ de his ſcriptitauit. Eo-
dem modo ſatis mihi eſt,ſi cum eo quod in
Timæo de nutritione ſcribitur, etiã ex ſe-
cundo legum,quarum de vino duæ ſunt,in
hanc diſputationem appoſuero. Principio
20 lege ſanciemus, vt pueri aduſq; annũ duo-
deuigeſimum vini vſum prorſus ignorent.
nempe docebimus eos ignem igni in corp⁹
atq; animũ prius ſuggerere quàm laborib⁹
ſubeundis idonei fuerint,non oportere.Fu-
25 rioſum nanq; iuuentutis habitũ cauere cõ-
uenit.Dein ad annũ ætatis trigeſimũ vino
moderate vtentur.Ab æbrietate & vini co-
pia iuuenes omnino abſtineant.At quadri-
genarij liberius in conuiuijs diſcumbẽtes,
30 cum alios deos, tum Bachum lætitiæ dato-
rem ad ſacra ſenum,& ludos inuocent:qui

vide an plato dicat quadrigenarios in
h° pla.

" vinum quasi remedium aduersus senectutis
" duritiam mortalibus elargitus est, vt mo-
" lestiæ atque mœroris nos capiat obliuio.
" Animi'que affectus vino, quemadmodum
" ferrum ignis potentia, emolliatur. Ex hoc 5
dictionum contextu egregij illi Platonici
meminerint velim non modo quæ de vini
potu, sed ætatum differentia quoque relata
sunt. Eam nanque insaniæ obnoxiam Plato
posuit, quæ adulescẽtium est. Senectutẽ ve- 10
ro austeram, anxiam, & duram. Id'que non
annorum, verum superantis temperaturæ
corporis gratia: quę in singulis ætatibus in-
est. Adulescentia siquidem calida, & copiosi
sanguinis est. Senectus exanguis & frigida 15
idcirco qui iam eius metas ingrediũtur vi-
ni potionẽ sentiũt vtilissimam: siquidẽ ętа-
tis frigiditas, ad mediocritatem caloris illius
virtute reducatur. Augescentibus nimis q̃
aduersa: nempe, quorum naturã efferuescẽ- 20
tem vehementer exagitet, immodice recal-
faciat, & imtemperato ac graui motu cõci-
tet. Plato inter alia multa in secũdo de le-
gum latione ista quoque de vino vtendo prę-
cepit, lectoribus haud infrugifera. Quapro- 25
pter ea solũ adhuc adferã quæ ad orationis
epilogũ de vino, Carthaginensiũ mores ex-
" ponens, cõscripsit hũc in modũ. Sed multo
" magis q̃ Cretẽsiũ, Lacedęmoniorũque vsum
" Carthaginensiũ legẽ probarẽ: vt nunq̃ in ca- 30
" strisquisq̃ gustare vinũ audeat, sed toto illo

tẽpore aqua vice potus ei in vſu ſit. In ciui- »
tate nanq; ſeruo, aut ſeruæ vinum bibere »
nõ permitterẽ. Sed nec magiſtratib⁹ eo an- »
no quo Reipub. gubernacula ſuſtinẽt. Præ- »
5 fectos etiã atq; iudices, dum officio ſuo fun- »
gũtur, à vino arcerem. Sic conſilium dictu- »
ros de reb⁹ arduis, aut nõ omnino negligẽ- »
dis inſtituerem. Ac nulli penitus vinum in- »
terdiu concederẽ, niſi exercitationis corpo »
10 reæ, morborũq; cauſſa ei⁹ potu opus fuerit: »
neq; viro nocte, & mulieri liberis operã da »
re volẽtib⁹. Plura narrari poſſent, in quib⁹ »
homines legis rectę, mẽtisq; cõpotes à vino »
abſtinerẽt. Hęc Plato nõ de corporib⁹ ęgro »
15 tis, imò poti⁹ quę inculpata ſanitate fruunt̃
locut⁹ eſt. An vobis generoſiſſimi Platonici
vidẽtur ij ſanè exercitũ ducere, imperare,
benè ſe gerere, naues gubernare, qui vinum
bibũt? Reſpõdete mihi deinceps interrogã
20 ti. Nõ'ne vinũ bibitũ, velut tyrãn⁹ quiſpiã,
animũ nec ſcire illa, nec agere rectè cogit,
quę pri⁹ nouerat agebátq;? Hoc noĩe Plato
tanq̃ hoſtẽ obſeruandũ ipſum ait. Q; ſi enĩ
ſemel corp⁹ inuaſerit, nauclerum, ne recte
25 nauẽ gubernet, impedit: duces, ne in acie ſa
piant: iudices, cũ in æquis eſſe cõueniat, in
errorẽ ducit: Principes malè Rẽp. admini-
ſtrare, & nihil agere ſani cõpellit. Cũ enim
vniuerſũ corp⁹: potiſſimũ caput calidis va-
30 porib⁹ ĩpleueris, ĩmoderatioris ĩpetus appe
titorię animi parti, & animoſę: rationatrici

consilij pręcipitis ac temerarij caussam pa-
rere cẽsetur. Quod si ita est, animi functio-
nes ex media temperie, modo vinum bibi-
mus, commodum, aut incommodũ sentiẽt.
Atqui vos, si expetatis, docebo interim, qua 5
ratione vinum suo calore prosit: qua detri-
mentum moliatur. Nunc Platonis senten-
tiam in Timæo producere cogito: cuius ver-
„ ba sunt ista. Atque ita omnes boni, vel ma-
„ li ob bifariam rationem, quæ præter volun- 10
„ tatem accidit, efficimur. Est autẽ maior cul-
„ pa ferentibus quàm satis, educãtibus quàm
„ his qui educãtur, attribuẽda. Mox subijcit.
„ Conandum tamẽ pro viribus, educationis,
„ studiorum, disciplinarum cura malignitatẽ 15
„ naturæ extirpare: virtutem consequi. Quẽ-
„ admodum enim studia & doctrinæ malitiã
„ tollunt, virtutem pariunt, sic educatio. Nõ-
nunq̃ Plato educationem non cibis solum,
sed vniuersam quoque puerorum victus ra- 20
tionem interpretatur. Quare altero signifi
catu nequaq̃ in proposito oratione educa-
tionem protulit: cum non pueris, sed facere
„ absolutis iã præcipiat. Conandũ (inquiẽs)
„ pro viribus educationis studiorum & disci- 25
„ plinarum diligẽtia malitiam fugere: sequi
„ virtutem. Studia igitur vocat disciplinas
quæ in corporis exercitatione, modulatio-
ne vocis, terræ mensura, & numeris consi-
stũt. Græci nominant γυμναστικὴν, μουσικὴν 30
γεωμετρικὴν, ἀριθμητικὴν. Educationis ratio-

nem non aliam considerare possumus q̃ quę
esculentis, sorbitionibus, & potu perficitur.
Inter quæ vinum quoq; refertur: cuius men
tionem non exiguam in secundo de legum
5 latione Plato fecit. Quisquis iam de vniuer
sa nutrimentorũ citra omnem operam quid
scire desideret, tres libros nostros id tractan
tes legat licet: quartum præterea de bonis,
& vitiosis humoribus, cuius lectio planè ad
10 præsens institutũ requiritur. Nam vitiosus
insignem animi munijs læsionẽ adfert: bo
nus ea cõseruat integra. Non itaque sermo
hic noster Philosophiæ bona de medio tol
lit, sed instruit ac docet Philosophorũ quos
15 dam ea nescientes. Quoniam hi cunctos ho
mines suscipiendæ virtutis idoneos æsti
mant. Illi neminem iustitiã affectare aiunt.
quòd simile fuerit ei, si dicas neminem nasci
mortalem. Vtrique humanam naturam ex
20 dimidio finierũt. Neque enim omnes æqui
tatis osores, neq; amici nascuntur: talem v
trique ex corporũ temperamẽto naturã sor
titi. QVO IGITVR IVRE quis laudetur,
reprehendatur, ametur, aut odio sit, cum bo
25 nus aut improbus non sua sponte, sed tem
peratura quam alijs ex causis accipere vide
tur, euaserit. Quia, respõdebimus, omnibus
hoc nobis inest, vt amplectamur bona, am
biamus, amemus. Malũ abominemur, odio
30 habeamus & vitemus: ignorantes adhuc ge
nitúmne sit ita an minus. Tale nanq; alte

rũ ipsorũ facere, ac parare quis potuit? Scorpiones, araneas, & serpẽtes occidimus, nõ à se, verũ à natura eiusmodi creatos. Plato cũ deum generationis expertem, primũ & maximum esse dicat, bonum tamen appellitat. 5
Et nos eum naturali prosequimur amore, vt qui talis ab ęterno, nec à se bonus factus fuerit. Quod enim originis principium habeat, qui perpetuus ac sempiternus extiterit? Merito igitur malos odimus, causam cur tales existant necdum præmeditati. Bonos vicissim, siue natura, siue institutione & disciplina, siue honesto vitæ exercitio probitatem assecuti sint, recipimus atque amamus. 10
Quinetiã deploratos, & facinorosos tres ob causas rationi cõsentaneas devita tollimus, ne videlicet superstites cõtumeliã nobis inferãt: eiusdẽ notæ homines in terrorẽ perducant, tanq̃ pari supplicio excipiendos, si prȩter ius quid patrauerint. Tertia est, ꝙ illis ipsis mori præstet eò malitiæ profectis, vt nullus animi medicinæ faciundȩ locus sit aut qui ne à musis ipsis quidem corrigi, aut à Socrate, vel Pythagora meliores reddi queant. Demiror autem Stoicos, qui vniuersos homines virtutis quærendæ idoneos natura esse dicant, sed aliorum commercio ab ea seduci. Quare vt alia multa, quibus eos confutare possim, omittam, vnum duntaxat in quæstionem adducam: Quippe qua ratione homines in humano genere primi, vitia di-

scere potuerunt? Non opinor respõdere po-
terunt Stoici, cum videãt etiam puellos hoc
tẽpore, natura maxime ad mala proclives.
Quis per musas quæso, illorum malitiæ do-
5 ctor extitit? Maximè hoc in multis videre li
cet, qui eodem victu, sub ijsdem parentibus,
doctorib9 vel altoribus educati, diuersis ad-
modum ducantur naturæ affectibus. Quid
enim magis variũ est, ac infans benignus, &
10 inuidus: mitis, & ferox: timid9, & audax: stul
tus, & sapiens: verus atq; mendax? Fugien-
da igitur philosophorũ illorum opinio, quid
dico philosophorum, qui alijs philosophi-
am relinquunt? Nam si veri philosophiæ
15 sectatores essent, hoc nimirum religiosè ob-
seruarent, vt ab his quę euidenter apparẽt,
demonstrationum sumerent exordia. Quod
vetustissimi quiq; & grauissimi philosophi
factitasse dicuntur, dum commentarios nul
20 los scriberent, nec Dialecticam, aut natura-
lem speculationem ostentarent: sed ab eui-
dentibus moralium virtutum consideratio-
nem aggrederentur: actione, non verbis eã
exprimentes. Talium itaquè philosophorũ
25 quidam statim puellos, qui licet disciplinis
formarentur, nec vllum vitij haberẽt exem-
plum, tamen peccarent, natura malos esse
pronunciarunt. Quidam non omnes pra-
uos esse dixerunt, putantes puerum reuera
30 inculpatum inuenire posse. Porrò qui hu-
iusmodi nullum adhuc viderunt, omnes ex

æquo malos natura esse iudicarunt. Alij qui
vnum & alterum innocentis vitæ cognosce
rent, non omnes, sed plurimos malitiosos
existere. Quòd si quis dissentionibus negle-
ctis, rem ipsam paulo propius, liberiúsque in- 5
spexerit, quæ veterum consuetudo est, vix
paucos ad virtutem excipiẽdam aptos repe
riet: verum præceptorum institutione & do
ctrina ad meliorem mẽtem reduci posse. Cæ
terum & illorum stulta est opinio affirman 10
tium delectatione nos ad virtutẽ induci: o-
dio ab eadem repelli. *Sed Platone authore,*
OMNES NATVRA MALI SVMVS:
aut si non omnes, certe aliqui. Iam vero, si
delectatione nihil habemus familiarius, ea- 15
dem minor quoque virtus erit: vnde nos ad
mala procliuiores esse consequitur: præstan
tiorem animi facultatem imbecilliorem ha-
bentes: prauam fortiorem. Has igitur Stoi-
corum opiniones omnium doctissimus Pos 20
sidonius tam acriter refellit, vt non medio-
crem inde laudem consecutus sit. *Siquidem*
illi opiniones magis prodere statuerũt: Pos
sidonius veritatẽ. Quo factũ est, vt in vitio-
rũ tractatione lõge â Chrysippo dissentiat: 25
multa, quę ille dixit in quæstionibus logicis
de animi perturbationib9, ac de virtutũ dif
ferentia improbans. Quamobrem Possido-
nio malitiam hominibus foris aduenire,
quæ nullam in animis radicem fixerit, vnde 30
prodeat augeatûrque, nequaquam videtur.

Etenim malitiæ semen in nobis ipsi conti-
nemus: nec ita omnino mali nobis fugien-
di sunt, vt vitandum, repellendum, & arcen
dum malitiæ incrementum. Quæ sanè nõ,
5 quemadmodum Stoici aiunt, tota animis
foris accidit: sed maior eius portio nobis in
nascitur. Proinde ex irrationali animæ par
te, tum ex ea, quæ falsam parit opinionem,
praui plerunq; fieri solemus. Veluti cum à
10 bonis pijsq; hominibus erudimur, opinio-
nes nanciscimur veras, mores benignos. At
ex rationatrice prudẽtia, & stultitia maio-
ris minorisq; ratione corporis temperamen
ta sequuntur. Hæc rursus primam genera-
15 tionem, & victus modũ imitãtur. Nam cali-
da tẽperies iracundos producit. Quippe ca-
loris innati iracundia soboles est. Rursus
qualitatũ illarũ symmetria, id est cõmodera
tio ab optimo victu profecta moderatos gi-
20 gnit animi mores. Quapropter sermo hic
noster, cũ ijs quæ manifesto apparent, cõcor
det: causis cur & quomodo vino, medicamẽ
tis quibusdam prædictis, proba viuendi ra-
tione, institutionibus, disciplinis ad melio-
25 rem animi statum reducamur expositis. Il-
li vero, qui corporis temperatura animum
vel iuuari, vel offendi putant, rationem cur
puelli corrũpantur dare non possunt. Quin
nec eorum, quæ ex quotidiano victu com-
30 modum nobis afferunt. Multo minus varie-
tatis illius morum. Nempe quòd hi iracun-

di, alij mites, alij prudentes, nonnulli stulti euadũt. Quòd apud Scythas philosophus vnus extiterit. Athenis plurimi. Rursus in Abderite complures stulti. Athenis vix pauci vixerint.

CLAVDII GALENI PERGAMENI LIBER DE PROPRIORVM ANIMI CVIVSQVE AFFECTVVM AGNITIONE ET REMEDIO, GVINTERIO IOANNE ANDERNACO INTERPRETE.

Vandoquidẽ in commẽtarium etiã digeri vis ea quæ tibi roganti super libro De propriorum affectuũ ephedria ab Antonio Epicureo cõscripto, respõdi iam hoc aggrediar, inde sermonis capiens principium. Commodissimũ sanè fuisset, si perspicuè Antonius, quid sibi hoc nomine ἐφεδρείας velit, explicasset. Etenim vbi ex ijs quæ recenset, coniecturã feceris, vel obseruationem, vel agnitionẽ, vel emendationem denique significare videtur. Porrò multa, vt nosti, obscurè adeò interpretatur, vt conijcere facilius q̃ apertè ea cognoscere liceat. Interim nanque admonere nos videtur, vt quòd & ipsi plerunque perinde ac alij peccamus, consideremus. Interim qua ratione quis singula quę delinquit agnoscat. Ad hæc rursus quo pacto seipsum à vi-

tijs afferat: qui totius orationis scopus mihi
esse apparet. Nã vnũquodq; eorũ, quæ prius
dicta sunt, nisi eò referatur, inutile est & su
peruacaneum. Præcipuos autem vitiorum
affectus in emendatione sui corrigere con- 5
uenit. Aliquando enim Antonius tanquam
de solis affectib⁹ disputat. Subinde quasi de
vitijs. Est quando de vtrisq; verba facere vi-
deatur. Atqui idipsũ ego prius distinctione
separaui, cũ vitia ex opinione falsa: Pathos, 10
id est animi perturbationem, seu affectũ ex
studio quodam animi à recta ratione cõtra
naturã auerso proficisci dicerẽ. Sed cõmuni
generis vocabulo ambo vocata esse vitia.
Itaque tum eum qui libidine, tum qui ani- 15
mo quid agat, postremo qui opinioni fidem
adhibet peccare asseruimus. Quare Chrysip
pus, & philosophorum plerìq; alij libros de
curãdis animi morbis conscripserũt. Quin-
etiam ab Aristotele, eiúsq; sectatoribus, atq; 20
ante hos à Platone eadem dicta sunt. Quæ
quidem ex illis discere, meo exemplo, longè
præstabat. Sed agè libri primi capita, quo-
niam ita vis, compendiose recensebo omnia
quo iam ordine audiuisti, cum de Antonij 25
cõmentario percontareris. QVOD EQVI-
DEM peccare nos verum sit, etiam si nusq̃
labi putemus, ex hisce verbis promptũ est
colligere. Videmus omnes homines existi-
mare sese velà vitijs esse immunes, vel parũ 30
adeò & modicè per rationem falli. Idq; his

potissimum accidit, quos alij in vitijs nihil fecisse reliqui putãt. Nos, si alterius rei cuiuspiã certè, huius experimẽtũ fecim⁹ maximũ. At, quicunq; sui iudicium, qualesnã sint
5 alijs permiserũt, minime vitiosi inuẽti nobis sunt. Illos qui ipsimet se optimos sine arbitris iudicant, turpiter & sæpissime falli cõspicimus. Ego quidem adulescens adhuc, Pythium illud oraculũ iubens, vt semet quisq;
10 norit, hoc nomine, quia paruũ esse videretur frustra laudari putabam: quod post optimo iure laudandũ deprehẽdi. SIQVIDEM SOLVS SAPIENTISSIMVS ABSOLVTE SEIPSVM NOVERIT. Aliorũ om-
15 niũ nemo. Verum minus, magisq; alter altero. Quẽadmodũ enim in omni ætate euidentes cunctarũ artiũ excessus & rerũ differentias cuiuslibet viri est agnoscere, exiguos autẽ prudentiũ dũtaxat, & artificũ: ita quo-
20 que in vitijs & animi motib⁹ habet. Nã qui ob sectum vnguẽ vehementer excandescit, seruos arrodit, vexátque, is nimirũ animum perturbationibus affectũ obtinet. Similiter quisquis inter scorta, temulentos, & comessa-
25 tores versatur assiduus. Verũ an ex affectuũ genere sit, animi propter ingens rerum detrimentum, & nominis infamiam perturbatio, necdum perinde manifestũ est. Itẽ nec illud, si placẽtam auidius deuoraueris, quo
30 in numero ponatur, constat. At ei innotescent hæc etiam, mentem quicunq; exercue-

rit,& explorarit,quinam inter vniuersos af
fectus emendationem desiderent,minus ta-
men propter paruitatem, à sensibus nostris
agnoscãtur. Quisquis igitur bon⁹,probũsq;
volet euadere, hoc cõsideret,vt quũ propria 5
pleraq; vitia ignorare ipsum necessario con
tingat,omnem ijs inueniendis ponat indu-
striam. Ego qua ratione inuenerim,licet pos
sim dicere,nondum tamen aperio. Primum
quòd hic liber in aliorum manus aliquãdo 10
venire queat, qui nondum sua vitia agno-
scere didicerunt. Dein vt ijdem quoq; agno
scendi viam indagare moliãtur. Quẽadmo-
dum nec tibi,priusquam animũ mihi tuum
interpretatus probè fuisses,eiúsque affectus 15
explicasses, impartire huiusmodi quicquam
volui. Et nunc sic agam,adhortatus libri hu
ius lectorem: vt,quo modo quis peccantem
sese possit agnoscere,inquirendum sibi pri-
mum proponat. BINAS ENIM MANTI 20
CAS,vt Æsopus aiebat, hoc est peras habe-
mus,alteram ante pectus, alterã à scapulis,
tergóq; propendentem: sed in priorẽ aliena
vitia immittimus,eáque semper videmus: in
posteriorem nostra: ob quod raro nobis con 25
spiciuntur. Atq; hæc dicta,vt vera,omnes re
cipimus. Plato rei illius causam reddens,
HALLVCINATVR,inquit,AMANS IN
EIVS IVDICIO QVOD AMAT. Ergo si
quisquam nostrum semet præ cęteris maxi- 30
mè amet,in censura sui cęcutiat necesse est.

Quonã pacto igitur propria vitia cõspiciet? Qua ratione se peccare sentiet? Nam & Æsopi fabula, & Platonis ratio, propriorũ vitiorum inuentionem, multo difficiliorem, q̃ vt sperare audeas indicare nobis videntur. Si quidẽ cũ nemo non se amare potest, amãs parum recte de amato iudicare cogitur, Sed nec ego cõmentarium hunc legentem, apud se vitiorum peculiarium inuentionis rationem considerare volebam, quòd res talis esset, quæ vel diutissime secum cogitato negocium facesseret. Proinde meã pręmitto sententiam, quam si quis cum alia ratione quadam sibi inuenta, coniunxerit, iuuabitur liberaliꝰ: duplicem, vnius loco, salutis habendæ viam consequutus. Sin autem ipse adinuenerit nullam, mea cõtentus vtatur, donec aliam reperiat meliorem. Porrò quę mea sit, dicere nunc tempus postulat, hinc facto nobis initio. Quoniam vitia, seu animi errores ex falsa opinione oriuntur: affectus à rationis experte animi impetu, visum mihi est prius de affectibus sermonem absoluere. Nam per hos falsi opinionem nobis indui, quis vel mediocri sapientia præditus ignorat? Sunt autem πάθη, id est animi motus, dolor, inuidẽtia, & vehemẽs cupiditas. Mea quidem sententia, quancunq; rem amore vehementi, aut odio persequi, etiã affectus est. Rectè sanè dictum videtur, MENSVRA OPTIMVM: tanquã nihil, quod immodicũ

est, probe fiat. Qua igitur arte quisque hæc nisi prius obnoxiũ se eis cognoscat, euellet? At cognoscere nõ possumus, quoniã nosmet nimis amamus. Sed neq; ista ratio tibi permittit teipsum, sed alij, quem nec amas, nec oderis, posse iudicare concedit. Cum itaquè audieris in vrbe aliquem, qui nihil in gratiã ac amorẽ dicturus esse, nec plerisq; laudari quod imperitus assentandi dicatur: de ipso vbi conuersatus sis, huiusmodi facito periculum, an talis sit, qualem audis prędicari. Primum si diuitum, ac insigniter potentiũ, aut principum lautas ædes frequentare videas, scito frustra te audiuisse hominem omnia pronũciare vera. Dum enim gratiam dicendo inire conatur, mentiri quoq; eum interim est consentaneũ. Deinde si id genus hominum salutantem, vel obsequio demerentem, ac illorum se conuiuijs assiduè offerentem conspicias. Quicunq; enim talem occeperit vitam, nõ solũ, non vera dicit, sed omnis malitiæ mancipium sit oportet: quippe qui imperiũ, gloriam, & honorẽ ambiat: aut quædam ex ijs, aut omnia. Illũ vero qui nec salutet potentes illos ac opulentos, nec se in eorum amicitiam insinuet, nec conniuetur, mensarij instar adulatoris, frugali contentus victu, sperans se veri fidem seruaturũ, penitius experiare, qualis sit. Idq; diuturna cõsuetudine. Quòd si qualem dici audis offendas, nõnunq̃ priuatim cum solo dissere ad-

hortans, vt quē tibi ex suprà nominatis af-
fectibus adesse intelligat, statim significet,
gratiam habituro ipsi maiorem, quàm cor-
poris tui medico. Hoc vbi facturum se pro-
5 miserit, quoties tibi ex ijs aliquid, quæ recen
suimus, accidere videat: postea pluriū dierū
interuallo nihil indicet, inter conuersandū
expostulabis cum viro, iterúmq; adhortabe-
ris acrius, vel vt antea: vt cum aliquē animi
10 motū oboriri tibi animaduertat, admoneat
protinus. Ille si nihil se interim eiusmodi in
te cōspexisse, eóq; tacuisse respōdeat, ne sta-
tim dicto fidē adhibeas, culpa te vacare ex-
istimans. Quin potius alterū è duobus per-
15 pendas amicum quem nactus es, aut ꝙ per
negligentiā animū tibi non adhibuerit, aut
quòd increpare vereatur: tacere. Aut etiā ꝙ
odio esse nolit, haud ignarꝰ, OMNES, vt ita
dicam, HOMINES VERA LOQVEN-
20 TEM ODISSE SOLERE. Vel si non ho-
rum caussa, putabis eum paruam adeò salu-
tis tuæ rationem habere: vel aliam quoq; fin
ges, quā nos parū probamus. Fieri enim nō
potest, vt ex æquo erres, si nihil, dicenti ta-
25 lia credas. Quòd si obserues hoc, laudabis a-
liquando institutum videns iam tum homi-
nes vniuersos vix dicēda quotidie per igno
rantiam vitia cōmittere. Quapropter nō ar
bitrare te aliud esse, quàm hominē. Arbitra-
30 ris autem persuasus omnia probè te fecisse,
vel die vno, nedùm mense. Forsan igitur di-

ces, si controuersiæ studio, vel ex institutione, vel praua cõsuetudine acquisito ducaris naturáque contentiosus sis, viros sapientes, quãtum ad sermones antè paulum vsurpatos attinet, aliud quid, ac homines esse. Huic rationi nostram oppone duplicem: hanc, quod sapiens omnino sit liber vitio: alteram consequẽtię gratia, si culpa vacat, nec ipsum esse hominem. Propterea vero, quod in rem præsentem percommode cadet, etiam vetustissimos audies philosophos dicentes: SIMILE QVID DEO ESSE SAPIENTIAM. Verum TV DEO SIMILIS REPENTE FIAS NVNQVAM. Cum enim ij, qui per omnem ætatem indolentiam exercuerint, nondum eius se absolutionẽ contigisse credant: quanto minus tu consequatis, qui nullo vnquam studio ad eam aspirаueris? Caue ergo credas dicenti, affectũ in te grassantem se vidisse nullum: sed hanc eius orationem esse arbitrator, qui de te bene & cõmode mereri nolit: aut qui quę malè agis obseruare non instituerit: aut qui vereatur in offensionẽ tui incidere. Ad hęc, qui forte non ignoret, aliquando te corripientem vitia & affectus tuos, grauiter tulisse. Quã ob rem haud inuria silentiũ hic agat. Aut certè, quòd opineris eum cum tibi vera prædicet, falsa dicere. Cæterũ si principio ijs quibus es obnoxius, liberari contigerit, subticeas. Inuenies post paulum plures qui te serio

emendēt. Imò multo magis, si corrigēti gra-
tiam citra tuum incommodum referas. Iā
vero ex hoc ipso considerandum venit, ve-
réne, an falsò commodi magni gratia te cor
5 ripuerit. Quod si frequenter agas, statuásque reuera bonus ac probus fieri, talis eua-
des. Quippe primo tempore, ne diligenti
quidem cogitatione, cū cōtrouersia & mēda
cio te iudicare: illum quòd nihil mali com-
10 miseris, imperite suadere: reperias. Sed hoc
item tibi philosophiæ studium subeun-
dum erit, nempe, quô damnum & incom-
modum sustineas. Postea vero, vbi & animū
nactus fueris remissiorem, & affectus tuos
15 sentias moderatos, respondere corripienti
aliquādo conaberis: id'que non acerbis aut
verbis conuitiosis, ne contentionis studio,
aut cōtrouersię, sed vtilitatis potius tuę gra
tia facere videaris: vt si post longam alter-
20 cationem cōuitiosum minime offendas, vbi
quid ecōtrario probabile dixerit, melius il-
lum cognoscere animū inducas tuū. Hunc
enim in modum Zeno volebat omnia nos
tutò agere, quasi pædagogis respōsuros. Sic
25 vir ille vocauit omnes, qui nulla re pro-
uocati quosvis parati sunt impetere. Porrò
iam audientem, nec diuitijs pollere, nec in-
ter ciues authoritate suspiciēdū esse opor-
tet. Ita nanque per metū illi vera dicet nemo.
30 Quemadmodum nec assentatores quæstus
gratia. Quoniā si quis apparuerit verax, ab

eo corrũpitur. Itaquè si egregie quisquam potens, aut locuples à te bonus atque prob9 reddi cupiat, personã suã prius exuat opus erit, & maximè nunc, cum ne Diogenẽ quidem verum fateri posse inueniat, licet opulentissimus sic, licet monarchas. Illi etiã suimet ipsi iudices erunt. At tu, qui nec diuitias, nec potentiam in ciuitate habes, omnes adhortare, vt, quæ in te damnent, ostendãt. Nulli vero ipse indignare, sed omnes sic habeto, vt Zeno dicebat, pædagogos. Non tamen omnibus ex ęquo, de quibus sermo est, animũ nolis adhibere, sed senibus qui pulcherrimo virtutum studio vitam transegerint. Quinam eiusmodi sint paulo antè indicauimus. Cæterum temporis processu tutemet intellectu cõsequeris, qualia, quę turpiter antea commiseris, extiterint. Tũc maximè verum hoc tibi narrasse intelligar, QVIPPE NVLLVM AB AFFECTIBVS ET VITIIS IMMVNEM ESSE, NE VEL GENEROSISSIMA NATVM INDOLE, AVT APVD GENTES OPTIMAS OPTIME EDVCATVM: SED OMNES ALIBI DELINQVERE, PRAESERTIM ADHVC IVVENES. Totius nanque vitæ propemodũ exercitia, in quoque nostrũ ad virtutũ absolutionẽ requiruntur. Nihilo minus ab emẽdatione sui desistẽdũ est, etiam quinquagenario: modo nõ immedicabili, aut insuperabili malo animum sen

tiat offensum. Is enim corporis curationẽ, si ęgrotare contingat, nequaquam veluti salutis spe destitutus neglexerit: imò potius quauis mercede, modisq; omnibus sanitati
5 restituere conatur: optimum licet Herculeæ valetudinis statum consequi nõ possit. Pari ratione nos quoq; non desinamus animum reddere meliorem, quamuis sapientis obtinere negetur. Speremus tamẽ plurimũ,
10 & illius consecuturos, si iam inde ab adolescentia rationẽ nostri habeamus. Sin aliter eueniat, ne prorsus eũ turpem, vt THERSITAE corpus nanciscamur, curemus. Quemadmodum enim si nobis nondũ na-
15 tis generationis nostræ rationem prospicere liceret, optaremus haud dubie corpus aliquod generosissimum accipere. Hoc negato, secundũ certe, aut tertium deinceps, aut quartum ipsum bonæ habitudinis respectu
20 post primũ, precaremur obtinere. Desiderãdũ est Achillis robur, si nõ Herculis cõceditur. Vel si neq; illius, Aiacis, aut Diomedis, aut Patrocli. At si neq; horũ cõtingit, aliorũ quorũdam insignium heroum. Sic vbi quis
25 absolutam animi sanitatem habere nõ potest, receperit, opinor, secundus, aut tertius, aut quartus post summos numerari. Id autẽ haud ardui est negocij perficere volẽti: modo sedulitas exercitij maiore temporis pro-
30 cessu adfuerit. Ego cum adulescens adhuc ista audiuissem, homine ad fores aperiũdas

festinante conspecto, postq̃ res sibi parum ex animi sententia succederet, clauem mor- dere, in ianuam pedibus insultare, dijs con uitia dicere, oculos insanientis instar per- uertere, adeò vt spumam ferè, sicut apri, ex ore emitteret: ita cœpi furorem odio pro- sequi, vt postea nunq̃ visus sim impatienter dolere. Atqui primo satis erit, si nec deos cõ uitijs impetas, nec insultes, aut mordeas la- pides, ac ligna, tum, ne horridum videas, sed in te ipso & contineas, & occultes iracun- diam: A qua, cũ velis liber esse, null9 queas. Affectus autem turpitudinem cohibere po tes. Hoc si frequẽter factitaueris, cognosces aliquando te minus nunc, atq; prius irasci, adeóq; vt nõ ob rem leuiculam, aut magnã quoq; postea, sed solum piacula grandia cõ- mouearis. Imò ne ob illa voles indignari ipse deinceps, si id, quod ego ab adolescẽtia susceptũ, per omnevitę tẽpus seruaui, obser ues. Nullum videlicet seruorum, manu mea verberaui vnq̃, nec pater me9in vsu habuit. Verum plerosq; amicos qui seruorũ dentes pugnis contũderent, corripuit, dignos esse dicens vt pituita vexati perirent. Licebat enim illis ferula, & loco plagas, quot vellẽt, inferre, tum consilio rem paulo post confi- cere. Alij non pugnis solum, sed etiam cal- cibus pungunt, oculosq; effodiunt, & stylo impetunt, si quando in manus venerit. No- ui quendam qui calamo, quo scribimus, præ

iracundia in famuli oculum impegerit. Adrianus imperator stylum, vt aiunt, in cuiusdam ex famulis oculum intruserat. Vbi iam ob vulnus impactũ altero mutilum esse
5 oculo cognouisset, aduocauit, & pro damno accepto dona petere à se iussit. Seruus cum subticuisset, Adrianus denuo rogare dignatus est, quid vellet. Tãdẽ ille ait se ne quicq̃ velle, oculũ duntaxat repetere. Quid enim
10 muneris, oculi iacturam dignitate adęquauerit? Volo quidẽ & ego tibi recẽsere quippiam, inter ea, quę mihi acciderint, etsi iam sæpius de eodem dixerim. E Roma paranti reditum, cũ amico quodam, ciue Cortynæ
15 Cretæ ciuitatis, simul iter facere contigit. Is erat inter cætera nõ penitẽdus, simplex, comis, probus, & victu quotidiano liberalis, sed iracundus adeò, vt suis ipsius manibus, seruis pulsandis vteretur: nonnunquam e-
20 tiam cruribus, sed multo magis loris, & ligno, quodcunque contigerat. Cum iam essemus Corinthi, omnes sarcinas famulis à Cenchrijs Athenas perferendas, nauigio commisit. Ipse vero vehiculo vno merce-
25 de cõducto, pedes per Megaras ibat. Posteaq̃ Eleusina præterita, Thriasiũ attingeremus, rogabat famulos à tergo comitãtes eum, de quadã sarcinula: qui cũ respõdere nescirent, furore correptus ille, gladium si-
30 mul cum vagina, in qua recõditus erat cæpit (neq; enim aliud habebat, quo adulescẽ-

tes cęderet) impulitq; in ipsorũ caput, Va-
gina, quoniã cęsim inferebatur (aliter enim
periculi nihil fuisset) dissecta statim, vuln9
vtriq; duplex ex ictu duplici grauissimum
impressit. Postq̃ vero plurimum sanguinis 5
fundi largiter conspexisset, nobis relictis
Athenas subito se contulit: veritus ne ipso
adhuc præsente seruorũ alter periret. Nos
tamen illos seruauimus adusque Athenas.
Porrò amicus ille Cretensis sese detestatus, 10
Megaras in domũ quandam manu præhen-
sa me deducit, & loro tradito, vestimentis
exutum se ob ea quæ execrato furore im-
pulsus (sic enĩ appellabat) perpetrasset ver-
berari iussit. Cuius rei gratia cum ego ride- 15
rem, vt est verisimile in genua procumbẽs
orabat ne secus facerem. nemini itaq; dubi-
um est, quod hoc profusius me ridere fecis-
set, quo magis cędi conspectus fuisset. Cum
iam satis interea temporis ista nobis agen- 20
tibus tereretur, pollicebar me illi morẽ ge-
sturũ, sed ea lege, & cõditione, vt ipse quoq;
exiguũ adeo quippiam petituro mihi exhi-
beret. Quòd cum affirmaret se facturũ, ad-
hortabar insuper, vt dicenti nonnulla præ- 25
biturum aures promitteret. atq; hanc aie-
bam esse petitionem. His ergo pactis quæ
præstiturus erat copiosius cum eo disserui,
pręponens quomodo conueniret animũ co-
ercere: Nempe ratione. Non enim flagris, 30
sed ratione seruos emendari. Ille igitur ra-

tione paulisper secũ inita, multo melior ac prius erat euasit. Tu vero etsi non multo fias melior, satis esse ducito si vel parum anno priore ad meliora promoueris. Nam si
5 pergas affectui repugnare, animum lenire: maiorem laboris fructum anno subsequẽti percipies. Deinde si in eo mentis statu persistas, perpẽdẽs tecũ singula, maius ac mai9 tertio, & post eũ quarto & quinto anno ad
10 vitã honestiorẽ, virtutis senties incremẽtũ. TVRPE SIQVIDEM EST MVLTIS ALIQVEM ANNIS, VT MEDICVS, AVT GRAMMATICVS, AVT RHETOR, AVT GEOMETRA FIAT, OM-
15 NES INGENII VIRES OMNE'MQVE OPERAM IMPENDERE: VERVM VT IN BONVM VIRVM EVADAT NE PAVXILLO QVIDEM TEMPORE LABOREM VNQVAM ASSVMERE.
20 Quod ergo sit exercitij initium denuo repetamus. Nam de ijs quæ maxime necessaria sunt, bis ac ter eadem dicere nõ est indecorum. Monet hoc videlicet, ne quis vllũ seruũ peccantẽ suis ipsius manibus corrigat. Ego
25 sanè Platonem in seruorũ aliquem inuectũ imitor, honestũ arbitratus egisse officiũ. Simili modo & tu tibi præcipe, ne famulos ipsemet cędas iratus: neq; alteri vt id faciat,
30 imperes: sed in diem posterũ differas. Tunc enim prudentius apud te perpendes, quot verbera pœnam commerito, conuenit infli-

gere. An neq; initio præstat homini conni-
uere, vbi sic eum accusaueris, correxeris, &
verbis increpaueris, minatus deinceps ne-
quaq̃ condonaturũ si tantundem peccaue-
erit. Multo nanq; potius est, animo nondũ
feruenti, ac iræ obnoxio, ea quę facis, face-
cere. Nẽpe quãdo cũ ratione punitionẽ in-
ueneris. Q; etenim excãdescẽtia seu furor
insania non minor est, ex ijs, quę illo perci-
ti designant, promptum est discere, dum fla
gris, calcibus, scissuris vestium, aspectu ter-
ribili conficiunt omnia. Imò etiam, vt dixi,
ostijs, lapidibus & clauibus succensent: has
quidem arrodentes, illos stimulis impeten-
tes, alia perfringentes. Hęc forsan insaniẽ-
tiũ esse dices. Quę vero à te fiant, prudẽtiũ.
Nos profecto qui proprijs manibus seruos
pulsãt, minus peccare illis qui lapides, ostia,
clauésq; mordeãt, pedib9 trudãt: fatemur.
verũ hominẽ malo quodam afficere, vel in-
cipiẽtis insaniæ opus esse, vel animãtis cu-
iusdam agrestis, & ratione carentis, persua-
sum habemus. Siquidem hominis solius est
rationẽ tanq̃ deũ sequi. Hoc enim inter cæ-
tera animantia habet eximiũ. Quamobrem
noli hominem iudicare prudentem, qui-
cunq; recalcitrare, mordere, & pungere pro
ximos didicerit. Quoniã talis licet ferinus
non sit, sapiẽs tamen nondum est: sed me-
dium inter illos statum obtinet. An igitur
feritatem exuat, qui homo bonus, iuxta ac

probus esse studuerit. Imò vt non amplius ferinũ, sic neq; insipientẽ, aut rationis expertẽ permaneri pręstabili⁹ est. Talis euades, si nunq̃ animo sed rationi vbiq; obtẽpe
5 res. Si omnia citra affectũ iudicãti videãtur tibi optima. Quando tandem hoc cõtinget? nempe cũ te honore affeceris quo ne cogitare quidem posses maiorem. Omnib⁹ nãq; hominibus irascentibus, te solũ ira nõ mo
10 ueri, quid aliud est, q̃ quod cũctis melior sis ostẽdere? At si talis haberi ex æquo studeas nõ aliud innuis, quàm te æstimari velle cæteris præstare, re vera tamẽ sic esse nõ velle. Quemadmodum si quis corpus suum va
15 lere putari desiderauerit, cæterum vere doleat. Nunquid enim animi morbũ esse censes, an frustra veteribus quinq; eius affectus hos putas nominari, dolorem, iram, furorẽ, cupiditatem & metum? Sed mihi multo me
20 lius esse videtur, primũ quidem his diu resistere, & lecto surgentem de omni particulatim actione considerare, satiúsne sit affectibus seruiẽtem viuere, an in omnibus ratione vti: dein ei qui ad bonitatẽ probita
25 témq; aspiret, aduocandũ esse, qui singula quæ parũ recta ab ea gerãtur indicet. Postea quotidie adhuc, horisq; singulis in promptu hanc opinionem habere, nempe melius esse bonum atq; probum te ipsum reddere:
30 Ad hoc sine cuiusq; delicti indice quem seruatorem & amicũ optimũ arbitreris haud

procliue ferri puta. ad hæc si quando falsò criminari videtur idem, iram cõtinere debes: primum quòd ille te melius ea quę delinquis: vt tu illius vitia perspicere facilius potes. Quin igitur exacti⁹ acriúsq; res tuas inspice: propterea quod in hoc maximũ est, obserues, nempe temet honorare instituas. Hoc est memineris prõpte & irascẽtiũ turpitudinem, & leniũ honestatẽ. NAM QVI PECCATIS DIV ASSVERVNT, DIFFICVLTER AFFECTVM COERCERE POSSVNT. Similiter quoque & disciplinas exercere quenque conuenit longo tempore, quibus subaudiens bonus simul & probus euadat. Obliuiscimur enim illarum facile, vt quę protin⁹ ex animis nostris propter affectuum copiam eos insultantem excidãt. Proximum itaq; huic est, vt, quisquis seruari velit, ne quidem horula vna ferias ac otium agat segniter, sed studio indefatigabili mẽtem exerceat. Incitandi sunt omnes vt nos corripiant: modestéq; audiendi. Quinetiam gratia, non assentatoribus, verũ increpantibus habenda. Pateat domus tuæ ostiũ familiaribus: quouis tempore liceat ingredi, si in hunc modum te comparaueris. Quare fidas oportet ne ab introeũtib⁹, nulli vitio insigni subditus esse deprehẽdaris. Quod, si modo velis, magni negotij nõ est: SICVT NIHIL TAM FACILE, QVIN DIFFICILE FIAT SI INVITVS FA-

CIAS. Forib⁹ itaq; tuarũ ædium apertis, vt dixi, copiam semper familiaribus ad te accedendi exhibeto. Sed quemadmodum alij omnes in publicũ progressi, omnia comunt expoliũtq;, tu domi tuæ imiteris itidem. Illos autẽ, alios peccasse quid deprehendi piget, semetipsos nõ piget. Te vero presertim cũ admonearis peccati, pigeat. Imò omniũ maxime pudeat. Hoc nanq; pacto poteris aliquando irrationalem animi impetũ tanquam ferinum aliquid edomare, & coercere. An non graue fuerit viros equestres, indomitos equos pauxillo tẽpore mãsuetos, ac cicures reddere? Te vero non extraneũ aliquod animal susceptũ, sed animi, cui ratio semper inest, irrationalẽ potentiam nõ posse deuincere: si non celeriter, certe longiore temporis spatio? Diximus copiosius in commentarijs de moribus, qua ratione quis animũ paret optimũ. Tum quomodo robur ei adimere nõ expedit. sicut nec equis ac canibus quibus vtimur. Neque illos, qui obedire cœperunt exercere. Indicatum insuper tibi est non mediocriter in illis commentarijs, quo pacto rursus animosa vi aduersus alterã, quam veteres philosophi appetitoriam vocauerunt, qua citra rationem in corporis voluptates impellimur, vtaris subsidiaria. Turpe spectaculũ est, vbi quis ira concitatus præter decorum se gerat. sic vbi amore, gula, temulentia, ac ventris in-

ſatietate cõpulſus, quæ appetitricis animæ ſunt actiones, & affectus, quos non equo, nõ cani, velut iracundiã: ſed apro feroci, & hirco, aut id genus agreſtium cuidam indomito aſſimulauimus. Quapropter huic aliam disciplinam, quàm alteri, vel ei quæ iam obtemperet adhibere oportet. Quod maiores appellabãt ἀλογίαν, id eſt vim quandã animi rationi contrariam corrigere, ad hanc ſpectabat. Porrò fit huius potẽtię correctio, dum deſideratis frui nõ conceditur. Creſcit enim in immenſum, dum optata contingit. At vbi coercetur, exigua & imbecillis efficitur. Hinc non ſua ſponte, ſed debilitatis gratia rationem ſequitur. Eodem quoq; modo videmus inter homines, inferiores aut inuito per vim ſequi præſtantiores, vti pueros & famulos: aut ſua ſpõte, vt natura bonos. Atque hoc illis, qui verbis ſcilicet non emendati ſunt familiare. QVEMADMODVM ILLE IN LIBIDINE NIHIL FECIT RELIQVI, IN QVO VIM APPETITORIAM RATIONALIS NON REPRESSIT. Duos enim rationi cõtrarios, ac rebelles affectus in animis noſtris habemus, huius excãdeſcẽdi ſtatim, ac iraſcendi illis, qui in nos delinquere videãtur, opus eſt. Alterius itidem indignãdi, ſed vehementius. Qui tanto maior eſt ira, quanto & diuturnior. Cæterum alia in nobis regnat, rationis expers qualitas, qua ad id,

quod suaue est, ferimur, priusq̃ perspexerimus commodũ ne sit & honestũ: an nocuũ, & turpe. Hanc vehementem adeò prius cohibere cõuenit, q̃ aucta robur insuperabile
5 recipiat. Tunc enim etiamsi coercere velis, nõ posses. Dein, inquies, sicut amantẽ quendam audiui, velle quidem cessare, sed non posse, adhortaberisq; nos frustra, perindevt ille petebat opem sibi ferri, & morbum ex-
10 tirpari. *Siquidem* corporis affectuũ quidã, præ magnitudiue sunt immedicabiles. Id autem forsan ne cogitasti quidem vnquam. Proinde nunc tibi præstiterit considerare. & perpendere, vere ne dicam concupiscẽdi
15 vim auctam, in amorẽ plerunq; nullo sanabilem remedio, non corporũ ętate florentiũ duntaxat, sed aliorũ quoq;: nec veneris: sed edacitatis quoq; gulæ, ebrietatis, & indecoræ præter naturam turpitudinis: an men-
20 tiar hæc, & alia pleraq; quæ à me prius dicta sunt. Certe quæ de ira retuli hactenus, eadem de affectibus alijs intelligito. Primũ quidem alteri, nõ nobisipsis, eorũ iudicium
25 cõmittendũ esse. Deinde non quoscũq; sed senes, qui boni pariter & probi æstimati, tũ longo ante nos tẽpore nullis animi perturbationibus obnoxij fuerũt, nobis præficiendos. Ad hæc curãdũ, ne talib9, quoties vitiũ
30 aliquod nostrum ostendãt, succẽsere videamur, sed magis habere gratiã. Postea quotidie tuijpsius meminisse. *Sati9* esset, semper.

At hoc negato ad solis saltẽ exortũ, priusq̃
operi te accingas: vesperi, anteq̃ te quieti re
mittas. Ego vtiq; aliquando & has tanq̃ Py-
thagoræ exhortationes oblatas, bis ac ter
primũ consueui legere: mox voce pronũcia- 5
re. Non enim satis est solũ iræ resistere, nisi
voracitatẽ, gulam, temulentiam, curiositatẽ
& inuidentiã tollas simul è medio. Etenim
indecorũ est, si canũ in morẽ cibos immodi-
ce ingessisse deprehẽsi simus. vel vt, qui cõ- 10
tinua febre perurũtur frigidam potionem
auidius arripuisse, aut aliud quippiam. Ne-
que enim decorũ est ob famem cupiditate
quadam inexplebili cibum assumere: nec si-
tis gratia totum omnino exhaurire calicẽ. 15
Adde multo minus decere ob gulam omni-
bus præsentibus vel placentã, vel aliud deli
cati quid obsonij intemperãtius deuorare.
Quapropter hic quoq; alij, qui in ijs omni-
bus sibi temperare norũt, admonendi no- 20
bis sunt, vt in quibus peccemus obseruent,
dicántq;. Subsequenti vero tẽpore sine pæ-
dagogis ipsi nos obseruemus, quomodo in-
ter cõuiuas vniuersos minorẽ obsonij par-
tem accipiamus, & à ferculis opiparis absti 25
neamus, salubribus modice sumptis cõten-
ti. At tẽporis processu nequaq̃ amplius cõ-
uiuas respicere te velim. Nam magni labo-
ris haud fuerit tũc bibere & esse modestius.
Cum iam honorare te sic didiceris, medita- 30
re aliquãdo, heri magis tẽperanter atq; ho-

die vixisse. Hoc facto senties quotidie te minori negocio ab his, quę dixi, abstinere, animū'q; tuum magis ac magis exhilarari, si verus tēperantiæ amator sis. Nam si quis vere
5 quippiam amat, gaudet in eo vel offendere. Hinc est, q eos videamus, qui ex ebrietate gaudiū concipiūt, potionib9 obruere compotores. Qui ventri dediti, & hos ciborum copia oblectari. Qui dedicati, placētis, far-
10 taginibus, patinis & condimentis aromaticis. Noui etiam quosdā qui frequenti & immoderata venere se ostētarent. Queādmodum igitur illi summa studiorū exercēt, & persequuntur: ita nos summo temperantiæ
15 studio deditos esse oportet. Eo nanq; pacto intemperantibus nos haud assimilabimur. Quanq̄ cōtinentiæ, & temperātiæ plus habere q̄ illi satis nō est;, nisi eiusdē rei æmulos etiā superare contēdamus. Hæc etenim
20 pulcherrima est cōtentio. At post illos, rursus nosmetipsos vincamus, vt ex diuturna consuetudine saluberrimis istis, iuxta ac susceptu facillimis suauiter assuescamus, memores eorū quę à veterib9 bene dicta sunt.
25 Ex quorū numero refertur & illud. DELIGE VITAM OPTIMAM: DVLCEM EAM REDDET CONSVETVDO. Qua igitur ratione, cū iræ te resistere volebam, hoc inde cōmodi signū affulgebat, q irascē
30 tem teipsum amplius nō viderē: eadē temperātię indiciū existima, si nō magis suauia

cõcupiſcere. At via ad eam per ἐγκράτειαν id eſt continentiam, ſiue moderationem tendit: quin hoc modo temperans excellit continentem, quod nec opiparos cibos, vel ob diuturnam conſuetudinem, vel ob con- 5
tinentiam appetit. Cuius nomen videlicet ex eo compoſitum, quod eſt κρατεῖν: id ſo-
nat ſuperare, & vincere cupiditates. Cæte-
rum initio dura eſt, & laboris plena, ſicut alia honeſtarum rerum ſtudia, Quare ſi vel 10
virtutem malitię loco vel animi tranquilli-
tatem pro corporis titillationibus malis re
cipere: præpoſita ratione vtere: qua tempe-
rantia continentiæ beneficio conciliatur.
Sin autẽ negligere virtutẽ, & totius corpo- 15
ris voluptatib9 indulgere ſtatuas, ratio de-
ferenda eſt. Quæ ad virtutem nõ adhorta-
tur quidẽ, ſed ijs qui adhortationẽ recepe-
runt viæ dux exiſtit, qua quis eam compa-
rare queat. Iam vero cũ oratio nobis parti- 20
ta ſit in hæc videlicet, quomodo quiſque ſe-
ipſum cognoſcat, & peccata cognita, emen-
det: de hoc poſtęriore dicere, nequaq̃ propo
ſuimus: Sed de propriorũ vitiorũ agnitio-
ne. Atqui vitijs ſubditi qui ea nondũ que- 25
unt dignoſcere, alios à nobis accipient in-
ſpectores, ac exercẽdi magiſtros: vtpote, qui
iam probe nouerint, quibus vitijs, & affecti-
bus liberati ſint: quid've ad perfectionẽ de-
ſideretur. Quod ſubinde conſueui dicere, 30
nunc quoq; dicam: altero modo difficillimũ

esse,seipsum cognoscere:alterius facillimũ.
Si enim quis intus velit se noscere,plurimũ
sudet necesse est:sin autẽ foris,laboris pro-
pemodũ nihil sentiẽt.Nos ergo hęc omnia
5 quæ dicta, & dicenda sunt volentibus ap-
ponimus. Est forsan alia quædam via, qua
bonus quis probũsq; euadat. At cum vllam
inuentam esse ignorem, non solũ hac vsus
sum,verum etiam alijs abũde indicaui, ad-
10 hortatus vt repẽderẽt,redderéntq; aliquid,
vicissim docentes, si qua alia probitatis via
se illis ostẽderit.Itaq; dum alteram deside-
ramus,hac ingrediamur, quæ omniũ affe-
ctuũ iudicio & curationi cõmunis est. Iam
15 vero cõtentionis studiũ, gloriæ ac imperij
cupiditas animi dicũtur affectus.Amor his
minor quidem:sed tamen eodẽ genere con
tinetur.De inuidentia quid attinet dicere?
omnium malorũ pessimum est.Appello au-
20 tem inuidẽtiam cum quis alterius cõmodo
dolet.Dolor omnis affectus est, sed multo
pessimus inuidentia siue affectuum vnus,
siue doloris speties ei assimilis nominetur.
At communis omnium pręducta curationis
25 ratio. Æstimanda nanq; sunt turpia, & fu-
gienda propter ea, quæ in illis comprehen-
duntur.Quippe quorũ turpitudo perspicua
apparet.Quòd quidẽ in nobis videmus ni-
hil,cęcitas vel in amãte,vel amato impedit.
30 Accedit huc,quod nonnulla præ exiguitate
nimia nos latent nec sensibus nostris se of-

ferunt,quæ in alijs propter magnitudinem non possunt nō conspici. Quãobrem senex quidã inspiciundis illis idoneus accersi debet, rogariq́ꝫ vt omnia libere commonstret. Deinde si quid dicat,primũ gratiã agemus: 5 ac statim digressi ratione paulisper inita, nosmet ipsos corripiemus:& affectũ,nõ quo alios solũ lateat,sed ne radix eius in animo relinquatur, conabimur euellere. NAM QVICQVID ILLORVM,QVIBVS ADEST MALICIA FOVETVR, FACILE REPVLLVLASCIT. 10 Vnde cuiusq́ꝫ qui cũ sum⁹,inspiciẽtes affect⁹,aduertemus num tale quid in animo nostro resideat. Extirpandũ enim dum nascitur adhuc,priusq̃ 15 accepto incremento fiat immedicabile. Pleriq́ꝫ cæteros animi motus vniuersos cõtemnunt,etsi quũ alios eis obnoxios videãt,dãnent. Dolor omnib⁹ apparet malũ:vti labor in corpore. Quidã tamẽ ex familiarissimis 20 mihi adulescentulis,qui se ob minutula hũc vnq̃ sensisse negasset, aggressus me multo mane,totã inquit noctẽ insomnẽ duxi,hui⁹ rei gratia:venitq́ꝫ mihi interea in mẽtẽ,esse qui min⁹ ob maxima ac ego ꝑpter minima 25 dolerẽt. Volui igiť discere,vndè nã hoc acciderit:ex studione aliquo aut disciplinis an natura talis sim. respondebã itaq́ꝫ illi vera. NATVRA,INQVIENS,IN PVERORVM AETATE MVLTVM AD VITAE PERFECTIONEM MOMENTI AFFERT: 30

DEINDE DISCIPLINAE, ET EXERCITIA. Q. nostra vero natura varijs iter se modis differt in pueris occurrẽtib⁹, manifesto licet cognoscere. Quidã eteni eorũ sunt
5 alacres, quidã tristes: alij ob quæuis ridere parati: alij plorare, quamuis parua occasione. Simili modo hi communia habent omnia, illi rapiunt: nonnulli propter minima excandescũt adeò vt lapides & ligna quib⁹
10 proximos vlciscerẽtur, cũ iniuria se putent affici, mordeant, & calcibus insultẽt. Rursus aliqui mali patientes, modesti, non iracũdi, nec plorãtes, nisi offensi grauiter. Similiter etiã Eupolis iustũ illum Aristidẽ cũ rogare-
15 tur à Nicia, an natus esset iustus, sic decenter respondentem introduxit. NATVRA QVIDEM MAXIMVM. VERVM EGO ILLAM INDVSTRIA DEIN ACRITER OPITVLATVS SVM. Quamob-
20 rem naturę iuuenum, non ad dolorẽ modo, sed ad iram, gulámq;, facile procliues sunt, quas illis longo hactenus sermone peculiares tribuimus. Insuper præter illos, quos supra retulimus, aliquos videas impudentes,
25 aliquos verecũdos, hos memores, illos immemores: alios obliuiosos, nõnullos disciplinarum studiosos, quosdam negligẽtes & desidiosos. Ex studiosis sunt, qui vt gaudeãt, facile laudãtur: sunt qui à præceptorib⁹ repre-
30 hensi erubescant: sunt qui flagra timeant. In segnibus omnia contraria euenire vide-

mus. Ex quibus omnes homines puerorum naturas ac ingenia contemp lantes, hos vocant verecundos, illos impudentes. Eadem vero ratione vel honoris, ac probitatis aman tes, vel secus affectos, partim etiã timidos, & pœnarũ contẽptores: atq; id genus alias appellatiões pro natura cuiusq; illis imponũt. In hunc modũ alios natura mendaces, alios veritatis amatores. Ad hęc pleráq; alias mo rum differentias quiuis inuenire potest, de quibus nũc non est necessariũ dicere. Quidã autem ipsorũ bonã facillime recipiunt institutionem: Aliqui nihil ex ea promouent, aut commodi sentiũt. Non tamen ea de cau sa negligẽdi sunt, sed optimis quibusq; moribus educandi. Quod si igitur natura ipsorum, ex diligenti cura disciplináq; vtilitatẽ capiat, in bonos euadẽt viros: sin min⁹, nos nostro functi officio, culpa carebimus. Assimilis enim est quodammodo puerorum institutio, stirpiũ culturę. In illa nãq; agricola nunq̃ potest efficere, vt rubus proferat vuã: siquidẽ natura eius talẽ principij perfectionẽ minime recipit. Iterũ si vites abũde satis fœcũdas negligẽs animũ soli naturę adhibe at, prauum fructũ, aut nullũ producẽt, pari modo si ex animalib⁹ equũ erudias, ad mul ta accõmodum habebis. Vrsus autem si vel die vno aliquando doceas, mutabis naturã. Vipera vero, & scorpius, tantum de se nũq̃ immutant, vt nec ad mansuetudinem acce-

dere solum videanur. Ego hercle qua prędi-
tus sim natura, nullo queã pacto cognoscere
NAM SEMETIPSVM OSTENDERE
5 VIRIS ETIAM ABSOLVTIS NEDVM
PVERIS EST DIFFICILE. At raram
quandã felicitatẽ consecutus sum, cui pater
contigerit mitissimus, iustissimus & huma-
nissimus. Mater licet iracunda adeo fuerit
vt seruas morderet interim. Sẽper vocifera-
10 ret. Cum patre magis quàm Xantippe cum
Socrate pugnaret. Cũ itaque honesta patris
opera cum matris affectibus inuicẽ confer-
re. Cogitaui illa arripere, & amare hos fuge
re, & odisse. Quẽadmodum igitur in his in-
15 gens parẽtum discrimen, sic in illo maxime
deprehendebã. nempe quôd pater meus ob
nullũ quanuis graue incõmodũ doleret: ma
ter etiã ob leuissima molestaretur. Nouisti
tu quoq; forsan pueros, quibus gauderẽt hęc
20 imitari. Quæ vero illubentes viderent, illa
fugere. Patris itaq; disciplina fuit huiusmo-
di. Postq̃ annũ impleuissem decimũquartũ,
audiebã philosophos ciuiles, sæpissime Sto-
icum Silopatoris filium. Interim etiam disci
25 pulũ Platonicũ Gaiũ: eo q̃ illeipse in ciuiũ
precibus publ. negocijs, occuparetur. Quia
solus ipsis, æquus pecuniæ contemptor tum
accessu facilis, & molestꝰ iudicabatur. Inter
ea autem venit & alius. ciuis noster ex lõga
30 peregrinatione Aspasij Peripatetici discipu
lus. Et post hũc ab Athenis alius Epicureus,

Quorum omnium vitam,& disciplinas meã causa pater inquirebat, mecũ ad eos profe-
ctus. Erat autem plurimũ in Geometria, A-
rithmetica, Architectura,& Astronomia ex-
ercitatus. Cum iam vellet doctorẽ linearib⁹ 5
demonstrationibus æque vti debere signifi-
care: non oportet inquit, honestarum artiũ
præceptores, quibus vsus es, inter se dissenti
re. Sicut veteres in prędictis disciplinis, qua-
rum primæ, Geometria,& Arithmetica. qua 10
de causa temere ne sectę cuiuis teipsum ad-
dicas: sed tẽpore diuturno discas iudicésq́
eas. Sic tãdem ab omnibus laudem merebe
ris. Quin & apud philosophosin cõfesso est,
hæc imitatione digna. Et nunc imitãda ei, 15
qui discere & locupletare se volet: tum iu-
stitiæ, tẽperantiæ, fortitudinis atq́ pruden-
tiæ studeat. Laudãt enim vniuersi virtutes
has, quamuis ipsi sibi probè conscij sint, q
nec vllam ipsarum habeant. Sed videri alijs 20
fortes, temperantes, iusti,& prudẽtes conan
tur. Cæterum doloris expertes non esse re-
uera, sed apparere tãtũ volunt. Proinde hoc
imprimis cauendũ, quod cunctis hominib⁹
magis, præterq̃ virtutes in studio est. Has 25
inquã à patre præceptiones traditas in hũc
vsq́ diem reseruo. Nullã hæresim professus
eorũ, quos planè cognouerim. Atq́ interri-
tus aduersum vitæ casus, ac pericula, illius
exẽplo permaneo. Proinde nulla planè nisi 30
forsã omnium quæ possideo iactura vnquã

ęgritudinem afferet. Talem nanque nondum fecimus. Atqui honorem & gloriā contemnere me pater assuefecit, veritatē solā magnifacere, venerariq́ue. Cōplures ignominiā ab alijs illatam, rerúmque detrimentū iniquo ferre animo conspicimus. Ex huiusmodi re igitur nunq̄ (dixit pater) me dolere sēsisti. Nec tāta rerū dāna hucvsque perpessi sumus, vt non ex reliquijs corporis sanitatē tueri licuisset. Nec talē infamiam sustuli, quæ mentem à rationis sede motā deiecerit. Porrò si quos audiā vituperare me, quosdā probare, ijs repugno: putánsque omniū hominū de se laudes desiderare, simile esse ei quod omniū rerū possessionē velle parare. Quāobrē mihi videor & forsan tibi videbor, nullo hactenus dolore vixisse. Siquidem omnibus nondū exutus sum diuitijs: neque ignominiā passus. Quod si bos, equus aut seruus perierit, idcirco nō dolēdum mihi cēseo: Memori quæ pater præceperat, cōsulens nequaq̄ esse tristandū, dū ad corporis tutelā reliqua sufficiāt. Hūc possessionum illarum primum statuit finē, ne esurias, ne algeas, ne sitias. Si amplior facultas cōtingat, in actiones honestas, eā esse trāsferēdā. Mihi tanta suppetijt, quāta perfūgēdis illis satis fuit. Pulchrè noui te quoque triplo nos opibus superare, tum in ciuitate nostra quamhonoratissimum agere. Quare quæ tristitiæ causa præterq̄ insatietatis tibi fuerit, haud inuenio. Ad hanc exercitati-

onem me composui, in memoria semper ha
bens, meditans, expendénsq́, donec persua-
sus essē, bis duo quatuor valere. Didicimus
enim, ait ille, in scholis qualis'nā sit affectus
insatietas. At cōsiderationis initiū nutrimē 5
ti insatietas exhibebit. Etenim cū supra me-
diocritatem cibus ingeritur, insatietatē ap-
pellamus. Mediocritas, nutrimenti vsu iudi-
catur. Vsus autē ipsius est, nutrire corpus.
Nutriet probè concoctus. Cōcoquetur si me- 10
diocris. Immodicus cōcoctioni nocet. Quod
si semel accidat, vsum eius corrumpi neces-
se est. Si vētriculus ab incoctorū ciborū esu
molestetur, totum excernit. Symptoma no-
minaт́ διαῤῥοία, hoc est ventris effluxio. V- 15
sus alimenti corrumpitur. Siquidem nō, vt
intestina perreptet, id capimus. sed vt om-
nibus corporis particulis adiungatur. At, v-
bi non bene coctum digeratur, vitiosum hu
morem in venis parit. Quandoquidem iam 20
in corpore nostro, qualis res sit insatietas,
didicisti, transgressus ad animum & hic na-
turā eius contēplare, atq́ perpende quanq́
rerum materiam, à facultatibus sumpto ex-
ordio. In his quædam parū recte affectātur: 25
vti sunt margaritę, sardonyches, & alij lapi
des omnes, quibus mulieres ornatum corpo
ris & decorem sibi conciliari putant. Hunc
nomines licet mundum muliebrem, qui ijs
quæ in otio degūt, tanq̄ magni aliquid afer 30
tur. Huius generis aurei vestium contextus,

vel quorum compositioni longo tẽpore stu-
detur sine ratione, vel quæ materiam ex lõ-
ginquo allatam desiderant, vt, quæ vocãtur
sericæ. Quę porrò corporis sanitati accom
5 moda sunt, merito expetũtur. Prima quib9
alimur, vestimur & calceamur. Inter quę do
mus etiam annumeratur. Huc spectat quæ
videntur ægrotantibus idonea. Sunt quæ v-
trisque & sanis & ægrotis, ex æquo condu-
10 cunt, vt oleum. Nonnulla rursus id genus
maiorem, aliqua minorem hominibus vtili-
tatem afferuut. Atque iam abundantiæ,
& possessionis illorum finem manifesto te
perspexisse arbitror. Sicut enim cubitalis
15 calceus planè est inutilis, sic etiam quinque
& decem habere calceamẽta, prætérq̃ duo,
incommodũ dicitur. Aliarum rerum cõmo-
ditate abunde satis vtimur. Ad hunc modũ
vestes binas, tum famulos, tũ vasa bina pos-
20 sidere sufficit. Apud nos, inquit pater, nõ ve
stes solũ plures duabus, sed famuli quoq; &
vasa seruantur, omnia deniq; nostræ domi
dualem numerum excedũt. Nam prouentũ
ex ijs quæ tenemus, recipimus multiplicem
25 magis, q̃ vt solũ corpus ab iniuria vindicet.
Quicunq;, ait, voluptuariam vt ferunt, de-
gunt vitã, non duplo aut triplo plura, quàm
nos insumere videmus, verum quintuplo, de
cuplo, imò terdecuplo. Hunc rursus eundẽ
30 mecum vitæ modum tenere conspicor: Ex
æquo mecum dolere, licet facultas in annos

ſingulos non accreſcat. Cum redditnũ deci-
ma forſan inſumatur portio, reliquæ nouẽ,
pręſentibus apponuntur. Nihil enim in ho
neſta rerum ſtudia audes, vti video impen-
dere, nihil in librorũ emptionem, & appara
tum, tum ſcribentiũ notis celeriter & exa-
cte bonis exercitationem, quemadmodum
nec in eos qui recte legunt. Inſuper nulli
quippiam impartis vt me frequẽter ſeruis,
his veſtes, illis alimenta, vel aliquid aliud in
ęgrotationẽ ſubleuãdã cõmunicare vidiſti.
Nõnullorũ etiã æs alienũ ſolui. Ob quod o-
mnẽ relinquo prouẽtũ, quẽ à patre ſuſcepi,
nihil ex eo demens ſuperflui: nec theſauris
congerẽdis varias impenſas aboleo. Nihilo
minus dolere me ſubinde dixit ille, vt tibi
nunq̃ (ſicut fateris) viſus ſum. Nunqnid igi
tur triſtitiæ tuæ cauſam potes perſpicere,
an à me nomen ipſius audire deſideras, idq;
in præſentia? Vnam omniũ animi dolorum
cauſam intellige, quam Græci nunc quidẽ
ἀπληστίαν, id eſt inſatietatẽ, nũc vero πλεο
νεξίαν, id eſt auaritiam, appellãt. ἀπληστίαν,
quæ inexplebiles habeat concupiſcentias.
Quippe pręſentib9 nõ contenti, quę abſunt
deſiderant inſatiabiles. Nam ſi duplũ cõſe-
quantur, triplum parare non dubitant. Vbi
huius quoq; voti cõpotes fuerint, quadruplũ
appetũt. Atq; hoc modo ad ditiores nõ infe
riores reſpiciũt. Illos vincere moliũtur: illis
habere plura cõcupiſcũt. Tu certe, vt inquit

pater, si vniuersos nostros ciues sic inspici-
as, paucos teipso locupletiores reperies. Eris
autē facile reliquis omnibus opulētior. Pri-
mum, vt constat, seruis, & tot præterea mu-
5 lieribus. Si itaq; nobis circiter quadraginta
millia ciuiū adsint, appositis simul eorū v-
xoribus, & famulis, haud ibis inficias te du-
odecim hominū myriadibus ditiorem esse:
sed hos velle præcedere, & eximium inter
10 opulentos spectari. Quanq́ longe melior ci-
uis sit sorte sua cōtētus, qualis tu esse potes.
SIQVIDEM DIVITIIS EXCELLE-
RE, NON VIRTVTIS, SED FORTVNAE
MVNVS EST, QVAE ET SERVOS, ET
15 ILLIBERALES NOBIS QVI INGE-
NVI VOCAMVR, LOCVPLETIORES
EFFICIT. Atqui tu amplius licet vniuersis
ciuibus possideas, vt precaris, haud tamen
cōtētus viuas. Quin magis dispicies statim
20 an quis in ciuitate alia moretur opibus feli
cior. Vbi, si fortunā, quæ suppeditare satis
valeat, nactus videare, ad alias transibis gē-
tes, ibiq; primas inter diuites occupare vo-
les. Quapropter nō beatior omnibus, sed ob
25 infinitas cupiditates eris infelicior. Quòd si
rerum vsu mediocritatē tuā metiaris diui-
tum numero, aut eorū, qui vehementer re-
bus abundant iure optimo te adscripseris.
Ego vtiq; tenuioris etsi fortunæ, inter eos
30 me numero. Porrò ita tu tibi persuasus, nul
lius rei dispendiū animo molestū, aut gra-

ue senties, degésque beatus: quantū diuitiarū
securo conceditur. Cæterū si eandem hono-
ris ambiendi in satietatem eximas, & hic à
cura liber viues. At si laude à familiaribus
profecta satisfieri animo tuo minus putes, 5
nisi omnes qui in vrbe degunt, tum ij qui
nondum te cognouerint, collaudent forsan
illis prius innotescere propterea, dein hono
re affici voles. Quorum hoc vanæ ambitio-
nis, illud immoderate gloriæ cupiditatis est 10
officium. Opus itaque erit hic quoque vt in di-
uitiarum possessione, vigilantia: si glorię stu
dio, & ambitione mouearis. Augebit enim,
& excruciabit te magis, multos esse, qui te
nec cognoscāt, nec honorēt. Quod vbi intel 15
lexerimus, sempérque nos in ea exerceamus,
tristitia carebim9. Qua vero ratione exerce
bimus, si intelligamus recte ne dictū sit. In-
satietate affectū animi esse pestilentissimū.
Quippe fundamētū auaritiæ, glorię studij, 20
ambitióis, regnādi cupiditatis, & cōtentio-
nis. Siquidem insatietatis osor, frugalitatis
amator est. In hoc itaque solo, si, vt tristitię si-
ue doloris expertes vitam transigamus (po-
situm est id autem in nobis) iam parata & 25
modestiæ & insatietatis disciplina, adhæc
quotidiana particularium operum tracta-
tione, citra omnem ægritudinem viuere li-
cet. Quod ex īstitutione alijs aduenit: illis,
qui hoc non consecuti sunt, hac, qua dixi ra 30
tione post aliquando continget. Quis nanque

dolore, per ætatem suam vacare nolit? Aut
quis hoc non diuitijs perituris execratisque
præposuerit? Hæc igitur aliáque multa illi,
tum alijs postea plurimis recēsui. Atq; om-
5 nibus statim persuasum est. At paucissimos
post illa, vtilitatē ex his reportasse vidimus.
Vsqueadeò enim plærīq; illorum iam affe-
ctus accreuerāt, vt curationem effugerent.
At si quis mediocrib9 adhuc inseruit vitijs,
10 in hūc modū illorum quippiam, quæ prius
narraui possit cognoscere adhibito sibi, vt
dictum est, inspectore, & magistro qui alia
frequenter in memoriam reducat, alia cor-
ripiat, partim iterum admoneat, ac ad me-
15 liora proficisci instiget, seipsum prębeat ex-
emplum illorum quæ dicat, moneátq;, pote-
rit animū liberalem probúmq; ratione per-
ficere. Turpe nanq; libertatem quæ in legi-
bus cōsistit humanis maximi esse existima-
20 tam, Illam autem, quæ vera, & naturalis, nō
affectare, sed obscœnis potius lasciuijs, & ty
rannicis seruire dominis, nempe auaritiæ,
sordibus, ambitioni, laudis atq; honoris cu-
piditatib9. Atqui harum omnium procrea-
25 tricē appellare πλεονεξίαν minime vereor.
Quis ergo in animo hāc fouēs, bonus, pro-
búsq; fieri potest? Quis non mille mortibus
dign9, nisi talem istam oderit turpitudinē?
At omniū maxime iuuenibus habenda est
30 odio, qui salutē desiderant. Qui, si post edu-
cationem protinus immodice diuitias au-

deant appetere, quis locus post annũ quinquagesimũ remedij relinquetur? Sed pone, si ita vis, quadragesimũ, ne quis inhumanitatis me arguat. Quemadmodũ quendã audiui dicere, hominesà crapulis, voluptatib9, gloria, & honoribus item superari, sed diuitem postea vinci, eo, quòd quæ peteret, necdum acceperit. Iam, cum hic me hilarẽ ipso se excruciante videret, precabatur, vt docerem, quomodo nullam animi ægritudinem pateretur. Sed vbi dicerem rursus annis ei opus esse ad affectuum curationem in quibus accreuerit hactenus, sublata in altum voce protulit, nihil te inhumanius. Quasi vero potuissem si ita libitũ fuisset, indolentem reddere celerrime, sed beneficiũ ei inuidissem: licet soli huic disciplinæ nemo alius inuidere possit. Porrò è re nostra est omnes, quibuscum consuetudinẽ habemus ab animi affectibus immunes esse. Nec honoris siti, nec alio eius farinæ vitio loborare. Quo nanq; meliores hi extiterint, hoc cõmodiores nobis amicos experiemur. Rursus iam, ad eum, qui apud virũ omnino veracem cupiat versari, reuersus, communem ad omnes animi virtutes viam subiũcturus sum. Principio enim præsidi statuendũ venit, vt in singulis actionibus id, quod alterum latuerit, in mentem reducat. Siquidem iudicatu interim ex functionibus est difficile, quid sordities ab œconomia dissentiat.

Vnde nullo pacto, qui primum incipit pecuniæ cupiditatis affectum edomare, diffinire hoc poteſt. Quemadmodum hic virtus vicina eſt malitiæ, ſic ambitione exciſa in
5 bene natis animis modeſtia naſcitur. Cęterum iuuenum, in quibus ſalutis aliqua ſpes effulgeat, vitia ſenes, ſed qui in tota vita ingenuæ indolis ſpecimen abunde ſatis exhibuerunt, inſpicere decet. Increpantibus au-
10 tem non obſtrepere, nec odium erga illos oſtendere, verum gratiam agere. Cæterum adhortari ſemper oportet, vt verum prędicent. Quo cognito conaberis ex tot affectibus, ſi non multum, certe pauxillum euelle-
15 re. Quanq̃ initio factu difficile, & multo labore fieri videatur. At cogitabim9 haud ita procedente tempore futurũ. Quo enim ratio noſtra magis in huiuſmodi exercitijs aucta fuerit, quibus coercentur, minuuntúrq;
20 affectus, hoc minori negocio perfecta animi cõtinget ſubiectio. Quippe vbi rationis particeps anima, nondũ exercitata maximis etiam affectibus imperauerit, magis id duplici, temporis ſpatio, incremento acce-
25 pto facturam eſſe liquet. Etenim quibus exercitata eſt, multo generoſior euadet, & animi motibus proderit imminuendis. Atqui alterutrum in futuri boni ſpem duntaxat ſuffecerat. Proinde in ipſo excercitij prin-
30 cipio animũ deſpondere non expedit, exiguum licet incremẽtũ virtutis, & affectuũ

curationis aduenire sentias. Magna enim hæc paulopost futura sunt, modo sustineas audire, quæ delinquas, tũ vero temetipsum amore prosequaris, bonus ac probus esse cupiens, non videri solum. Iam quidem animi affectuum cognitio, curatióq; hac qua dixi via comparabitur. Cæterum de vitijs deinceps sermo futurus est.

FINIS